











600094114P





ORPHEI LITHICA.

ACCEDIT

DAMIGERON DE LAPIDIBUS.

RECENSUIT

EUGENIUS ABEL.

BEROLINI

APUD S. CALVARY ET SOCIOS

MDCCCLXXXI.

RICHARDO FOERSTERO

SACRUM.

PRAEFATIO.

Carmen graecum de lapidibus, quod nunc demum ad optimorum codicum fidem recensitum editur, cuinam auctori et aetati adscribendum sit, per multos annos magna fuit dubitatio. Orpheum nostri carminis auctorem fuisse post praeclaras Tyrwhitti lucubrationes nemo amplius credet. Sane iam Proclum et Stobaeum Lithica Orpheo attribuisse et passim in operibus suis laudavisse Gesner affirmavit, sed a Proclo Lithica nusquam citari iam idem Tyrwhitt ex indice Fabriciano scriptorum a Proclo memoratorum probavit, et Lobeck ex saepius perlectis Procli commentariis in Aglaophami vol. I, p. 377 firmavit; Stobaeo autem locos ex Lithicis citatos a Conrado Gesnero demum additos esse iterum recte vidit Tyrwhitt, neque hodie ulli dubitationi subiectum est. Cum autem quo tempore vixerit graeculus ille qui Lithicorum epitomam prosaicam confecit, compertum non habeamus, neque auctor[1]) Compendii Rhetorices a Walzio in Rhetorum Graecorum sexto volumine postremum editi ante saec. XV floruerit, nullum ante Joannem Tzetzam auctorem afferre possumus, qui Lithica Orpheo attribuerit. Recte autem contendit Tyrwhitt omni iudicandi facultate destitutum fuisse

[1]) Matthiae Camariotae hoc compendium attribuerat primus editor Hoeschelius, et ante Tzetzam eius auctorem vixisse Valentini Rose erat sententia. Sed Georgium Plethonem, qui a. 1451 obiit, auctorem fuisse recte contendit Walz, qui hunc titulum opusculo praefixit: *Γεωργίου Πλήθωνος συντομὴ περί τινων μερῶν τῆς ῥητορικῆς*. In quo compendio de antro Mercurii a nostro poeta celebrato mentionem facit auctor p 593 ed. Walz.: *τὴν δεινότητα, κατὰ ῥήτορα γράφοντα, διὰ τῶν ἑρμαϊκῶν ἄντρων, ὡς Ὀρφεὺς λέγει, διαδραμόντα.*

scriptorem, qui uni eidemque poetae scripta astrologica, magica, epodica et hymnos, attribuerit et Maximi quoque carmen περὶ καταρχῶν sub Orphei nomine saepe laudaverit. Qua Tzetzae inscitia cognita ne necessaria quidem videtur Tyrwhitti suspicio »incidisse Tzetzam in librum omnia haec poemata (Lithica, Dodecaeterides, Georgica) simul continentem, in quo libro cum primum locum occuparent Ἐφημερίδες v. g. quae, utpote Musaeo inscriptae, ad Orphea auctorem pro more referendae viderentur, ipsum Tzetzam properanter nimis et incaute caetera etiam in eodem libro poemata Orpheo tribuenda existimavisse.« Paullo verisimilior est Lobeckii sententia l. l. prolata, Tzetzam de carmine Orphico περὶ λίθων γλυφῆς a Suida quoque commemorato audivisse et hac de causa Lithica cum Argonauticis eodem volumine comprehensa Orpheo tribuisse. Sed quocunque modo haec res se habeat, certum est, nihil esse in toto carmine, quod antiqui illius Orphei musam sapiat, quare spretis Tzetzae eiusque sequacium, editorum ante Tyrwhittum, nugis, ad aetatem auctoris anonymi accuratius definiendam pergamus. In quo negotio ita versabimur, ut Tyrwhittum secuti a Lithicorum versibus 67—74 proficiscamur, in quibus quin de persecutionibus arti magicae et eius sectatoribus imminentibus agatur, dubitari non potest. Anno autem 357 prodiit prima Constantii lex[2]): »Supplicio capitis ferietur .... quicunque iussis nostris obsequium denegaverit«, id est: »Chaldaei et Magi et caeteri quos maleficos ob facinorum magnitudinem vulgus appellat.« Paucis annis post (a. 371) sub Valente magis etiam exarsit Christianorum in magos ira. Quorum domibus signatis, saepe, ut refert Ammianus Marcellinus XXIX. 1, immissi sunt »qui inter scrutinia supellectilis poenis addicti incantamenta quaedam anilia vel ludibriosa subderent amatoria, ad insontium perniciem concinnata; quibus in iudicio recitatis, ubi non lex, non religio, non aequitas veritatem a mendaciis dirimebat, indefensi bonis ablatis, nullo contacti de-

---

[2]) Cod. Theod. IX. Tit. XVIII, 5.

licto, promiscue iuvenes aliique, membris omnibus capti, ad supplicia sellis gestoriis ducebantur.« »Congesti innumeri codices, et acervi voluminum multi, sub conspectu iudicum concremati sunt, ex domibus eruti variis, ut illiciti, ad leniendam caesorum invidiam.« »Inde factum est per orientales provincias, ut omnes metu similium, exurerent libraria omnia: tantus universos invaserat terror.« Tunc praeter Simonidem, Patricium et Andronicum interfectus est, secundum Zosimum (L. IV. p. 743) ὁ ἐκ Φρυγίας Ἱλάριος, ὡς δὴ χρησμόν τινα λοξὸν εἰς τὸ σαφέστερον ἑρμηνεύσας, tunc capite truncatus, ut refert Marcellinus (l. l.), Juliani olim imperatoris praeceptor et familiaris, ob oraculum quoddam sciscitantibus expositum, Maximus, cuius casum a nostro poeta in versibus supra laudatis deploratum esse non sine veri specie suspicatus est Tyrwhitt. Alia quoque minoris momenti argumenta ad suam sententiam firmandam attulit Tyrwhitt, haec: »Hinc enim patet, cur multorum lapidum virtutes tam medicas quam theurgicas apud nostrum invenimus, quorum ne nomina quidem ab antiquioribus de hac materia scriptoribus, Theophrasto scilicet, Dioscoride, Plinio, aut Galeno, memorantur. Hinc quoque ratio petatur, cur auctor non modo nomen suum operi nusquam inscripserit, sed etiam ab omnibus rebus, quae indicium sui facere possent, prudens, ut videtur, abstinuerit; cur denique libelli exemplaria tam pauca, quasi furtim, distributa fuerint, ut non mirandum sit, eum vel per octo saecula latuisse, vel tandem in Tzetzis manus sine ulla scriptoris sui memoria devenisse.« Quae argumenta omnia feliciter impugnant Ruhnkenii sententiam (in Bibl. crit. VIII p. 87. Opusc. p. 644) ab Hermanno quoque probatam (in Orph. p. 676), qua carmen nostrum saeculo p. Chr. n. primo tribuitur, in quo sub Domitiano philosophi ex urbe et Italia eiciebantur teste Dione Cassio LXVII cap. 13. Quae sententia vel ideo improbari debuit, quod neque ex primo saeculo carmen notum est, quod cum nostro elegantia certare possit, ut recte observat Bernhardy in hist. litt. Gr. II p. 424, neque quartum saeculum adeo

poetico spiritu destitutum fuisse, quod Ruhnken et Hermann censuerunt, ut nostrum carmen ei assignare non possimus, Quinti Smyrnaei, Soterichi aliorumque poemata docent.

Tyrwhitti ergo sententiam merito probaverunt Bernhardy l. l. II, P. I.[3] p. 424, Wiel p. 3—5, qui in rerum superstitiosarum scriptoribus, in Platonicae philosophiae mysticis interpretibus, denique in antiquorum physicorum medicorumque operibus frustra quaerebat, quibus ad carminis nostri aetatem definiendam uti posset; tum Seidenadel, p. 5 cui auctor in Asia minore natus esse videtur, utpote qui episodia operi suo intexta ex fabulosa Troiae historia sumpserit. Atque Asianum nostrum vocaverat iam Tyrwhitt. — Denique Beck in Additam. ad Fabric. I, p. 9 maluit Lithica quinto aut sexto saeculo adscribi, »neque enim ita elegans est et vere Graecum carmen, quin ea aetate [quarto saec.] potuerit confingi.« Sed nos quin Beckio accedamus retinet ea res, quod, quae Seidenadelii est observatio, nostri ars metrica prorsus congruit cum ea, quae ante Nonnum, id est ante quinti saeculi initium omnia obtinebat; quod aliter explicari nequit, nisi cum Tyrwhitto auctorem nostrum »neque ante Constantium nec multo post Valentem vixisse« et Damigeronis cuiusdam magi de lapidibus libellum versibus expressisse statuamus. (v. infra praefationem ad latinam Damigeronis versionem.)

Transeo ad rem criticam.

Qui primus plures Lithicorum locos in variis suis operibus attulit, Joannes Tzetzes codice usus est satis integro, quem ubicumque fieri potuit, sequendum mihi proposui. Respexit autem Tzetzes et citavit Lithica in Commentariis in Hesiodum et Lycophronem, in Chiliadibus, tum in Exegi in Iliadem, unde plura ad nostrum carmen spectantia primus edidit G. Hermann in Addendis Orphicorum editioni praemissis. Tota vero Exegesis aliquot annis post, a. 1812 ab Hermanno edita lucem aspexit Lipsiae post Draconem Stratonicensem; qua editione licet nonnullos Lithicorum et ipsius Tzetzae locos aliter scriptos exhibeat atque in Addendis typis

expressi erant, imprimis mihi utendum est, cum fidelissime codicis lectiones in ea expressas esse Hermann in praef. p. VII spondeat, neque ad manus mihi sit Bachmanni editio (anni 1830) quae accuratissimum codicis apographum continere dicitur.

Ad Tzetzae codicem proxime accessisse videtur is, ex quo Christianus quidam anonymus prosa oratione carminis epitomam ex Dioscoride et Damigerone graeco passim auctam confecit, unde Tyrwhitt primus nonnulla protulit ad emendandum et illustrandum auctorem nostrum utilissima. Quem codicem melioris notae fuisse quam omnium quotquot extant codicum archetypum, probat praeter alios v. 524, ubi lectio, quam equidem unice veram esse puto, ex epitomae verbis eruenda est. Integram autem huius epitomae editionem Lithicorum textui subiungendam curavi, partim ut lectiones a me in textum receptae nova auctoritate firmentur, partim ne reliqua quae epitomae codicibus insunt satis notabilia prorsus oblivione premantur.

Selecti Lithicorum loci octo leguntur in codice Palatino graeco 915 (nunc Romae asservato, bombycino saeculi XIV, madore passim corrupto), in quo fol. 23 a. *ὡραῖα γνωμικὰ τῆς ὀρφέως ποιήσεως* (?) extant ex codice perbono excerpta, quo libro eo maiore cum fructu uti licuit, quod eos tantum carminis locos continet, qui hodie non nisi in pessimae fidei corruptis codicibus leguntur. — Notavi: Excc. Vatt.

Omnium autem quotquot extant codicum praestantissimus est liber Ambrosianus B 98 sup. (mihi A) quem proxima hieme Mediolani inveni et accuratissime bis cum Hermanni editione contuli.

De quo codice fusius dixi in epistula ad Aemilium Thewrewk de Ponor, praeceptorem olim meum, data, (Budapestini, 1879) ex qua codicis descriptionem excerpere liceat: »Est autem liber, de quo mentionem inieci (inter Ambrosianas copias B 98 sup. nota insignitus) idem, quem Baumeisterus in maiore sua Hymnorum Homericorum editione Ambrosianum D appellat, ineunte saeculo quinto decimo nitidissimis characteri-

bus in membrana scriptus; continet vero praeter Apollonium Rhodium, Batrachomyomachiam, Homeri et Callimachi hymnos et Herodoti, qui dicitur, de genere Homeri libellum, Orphei Argonautica et Lithica. . . . . . Codex ille Ambrosiani libri archetypus, quem minusculis quae vocantur litteris exaratum fuisse inde colligas, quod haud raro in Ambrosiano codice δ pro σ et α pro ει scriptum extat (cfr. δῶμα pro σῶμα, δεύεται pro σεύεται, αἶα pro αἰεί, μεγαίρειν pro μέγαιραν, similia) tredecim foliis olim constitisse videtur, quorum in singulis foliis, primo excepto, triginta duo fere versus numerabantur. Sed quo tempore Ambrosianus codex ex archetypo descriptus est, iam non erat ille integer, sed amissa erant praeter carminis inscriptionem . . . folia primum et secundum, quae versus nonaginta priores, et septimum, quod vv. 393—460 continebat. Praeterea prior codicis pars vel igne vel madore vel alia causa ita corrupta erat, ut initio quaterni, circa mediam codicis partem autem singuli in ima ut videtur pagina versus legi non potuissent, unde factum est, ut versus 111—114, 141—143, 170—173, 201—204, 232—235, 264—267, 296—299, 328—331, 359—362, 493, 526 et 559 editionis Hermannianae in Ambrosiano libro unius semper versus spatio vacuo relicto desiderentur.« — Hunc codicem in verbis poetae recensendis unicum quatenus fieri potuit ducem secutus sum, cum quaevis huius editionis pagina demonstret, deteriorum librorum scripturas ab A libri memoria recedentes plerumque nihil aliud esse nisi vel meros scribendi errores vel interpolationes impudentissimas, quibus quicquid leviter corrupti vel elegantius insolentiusque dicti in codicum archetypo repertum sit, fideliter ab Ambrosiani libri scriba servatum, inepte obtegatur obfusceturque.

Quae interpolationes interdum satis sagaces mihi quidem non ab eo factae esse videntur, qui deteriorum codicum fontem communem exaraverit, verum potius a lectore satis erudito, qui minora codicis sui vitia tacite inter legendum corrigens non nisi maioribus corruptelis correctionem suam adscripserit, unde postea in textum irrepserint. Quod ne

quis temere affirmatum iudicet, moneo in omnibus deterioribus codicibus tanta vitia levissima in A quoque reperta inveniri, ut is qui deteriorum codicum archetypum exaraverit, officio suo neglegentissime functus esse putandus sit. Fuit autem scriba codicis huius archetypi Demetrius Moschi Lacedaemonius de quo omnes ante me editores nihil, ut videtur, compertum habuerunt. Ego quae in Lilii Gregorii Gyraldi Ferrariensis »Dialogis duobus de poetis nostrorum temporum« reperi (Flor. 1551 p. 60) exscripta ab Hodio in libro »de Graecis illustribus linguae Graecae literarumque humaniorum instauratoribus« (p. 134) hic apponam: »Reliquit hic [Joh. Moschus Lacedaemonius] liberos duos, qui paterna vestigia sectati literis operam navarunt, Georgium et Demetrium, quem tu, Lili, probe novisti, nam et Ferrariae cum Rhangonis et Mirandulae cum Picis aliquandiu ambo convixistis, sed Georgius Corcyrae substitit, medicinae et oratoriae artis professor. Composuit autem Demetrius carmina plurima. Epigrammata, Elegias, Comoedias non in publicum, sed amicis duntaxat exhibuit, heroicum vero carmen aggressus de Helena palam omnibus excusum typis legendum tradidit, [Rhegii a. 1500], in quo mira est facilitas; composuit et orationes quasdam, sed et Commentariolum in Orphei de Lapidibus opusculum in gratiam Jo. Franc. Pici[3]). Hic primum Venetiis, mox Ferrariae et Mantuae diversatus est, quibus locis multos habuit discipulos. Sed iam de Moschis satis a me dictum.« Hunc autem Demetrium Lithicorum editionem re vera paravisse vel inde verisimile fit, quod in eiusdem oratione quadam inedita[4]) inter auctores

---

[3]) Olim in epist. p. 4 opusculum hoc idem esse credidi ac commentariolum in Orphei Lithica, quare Joannis Francisci Pici Mirandulae principis gratia Lithicorum codicem a Demetrio exaratum et commentario instructum esse dixi. Quam sententiam nunc quoque teneo, licet negare non possim de alio quodam opusculo Francisci Pici nomin; inscripto Gyraldum cogitare potuisse.

[4]) In cod. Ambros. C. 80 inf. (meo M) extat: *τοῦ αὐτοῦ* (hoc postea additum) *δημητρίου μόσχου τοῦ λάκωνος πρὸς τὸν αὐτὸν* (*αὐτὸν* postea additum) *περιφανῆ δημήτριον λάσκαριν τὸν πρωτοστράτορα στρατηγικός*,

plurimos citatos Orpheus solus *σοφοῦ τε καὶ θείου ποιητοῦ* cognomine ornatur. Hic Demetrius exemplar suum immane quantum et vitiis et interpolationibus corruptum fideliter, ut videtur, transscripsit, non nisi brevi praefatione et paucis quibusdam scholiis additis. Ex huius exemplari descripti sunt omnes reliqui praeter A codices, ex quorum numero tamen mendosissimus tantum liber Parisinus ante me a criticis adhibitus erat. Sunt autem hi:

B: cod. Bernensis bibliothecae civicae nr. 369 chart. saec. XVI, quem insigni humanitate Budapestinum transmittendum curavit rogante Gulielmo Fraknói, Hermannus Bloesch bibliothecae civicae praefectus illustrissimus. Codex hic mendosissime scriptus est, et nonnulla Moschi scholia omittit.

M: cod. Ambrosianus C. 80 inf. in fol. chart. saec. XV ex. satis accurate scriptus ab homine litterato, qui non solum plura deteriorum codicum vitia inter scribendum ita correxit, ut cum A saepius consentiens deprehendatur, sed etiam errores antiquitus traditos emendare aggressus est; quare huius libri graviter interpolati non magna est auctoritas.

P: cod. Paris. bibliothecae nationalis nr. 2764 chart. saec. XVI ineuntis a prima ut videtur manu correctus et Demetrii Moschi scholiis ornatus. Excerptae ex hoc codice variae lectiones una cum maxima parte scholiorum tunc temporis ineditorum Orpheo Gesneriano adiectae sunt, unde postea in Tyrwhitti et Hermanni editiones receptae sunt.

---

in quo de Chirone inter alia haec dicuntur: *ὅτι δὲ καὶ δικαιοσύνης ὁ προειρημένος τῶν πολεμικῶν ἐπήσχει διδάσκαλος λόγος ἡμῖν σοφοῦ τε καὶ θείου ποιητοῦ διαπιστώσει, ὀρφέως λέγω τοῦ θρᾳκός, ὃς τάδε περὶ τοῦ χείρωνος ἀπεφθέγξατο.* Post hanc orationem alia sequitur in eodem codice: *τοῦ αὐτοῦ μελέτη συνηγορικὴ πρὸς μιχαῆλον περὶ κλοπῆς ὑπὲρ τοῦ εὐγενοῦς παύλου τοῦ σγουρομάλλου.* Hanc excipit *τοῦ αὐτοῦ μελέτη ὑπὲρ τοῦ ἀναβεβηκότος ἀριστέως ξένου ἐπὶ τὸ τεῖχος πολέμου ὄντος καὶ νικήσαντος καὶ κρινομένου παρανόμων· νόμου κελεύοντος μὴ ἀνιέναι τὸν ξένον ἐπὶ τὸ τεῖχος*, quae hac subscriptione finitur: *τέλος τῆς ὑπὲρ τοῦ ἀριστέως μελέτης δημητρίου τοῦ μόσχου τοῦ λάκωνος ἐν ἑνετίαις καὶ ταύτης μετὰ τῶν ἄλλων συντεθείσης.*

Pal.: cod. Palatinus 319, fol. chart. saec. XV ex. nunc in Bibliotheca Vaticana asservatus, qui licet Moschi hypothesi careat, tamen ad deteriorem classem pertinet, ut cuivis rem diligentius examinanti patebit.

V: cod. Venetus class. IX cod. I. saec. XVI, quem Aldinae editionis fundamentum fuisse perperam suspicatus sum in Epist. p. 4.

Escorialensis codicis Φ III, 14 brevis notitia Gustavi Loewe, viri clarissimi, humanitate ad me pervenit. Codex, qui etiam Moschi hypothesin et scholia continet, maxime cum B conspirare videtur. cfr. adnot. ad v. 67.

Cod. Parisinus bibliothecae nationalis nr. 132 suppl. gr. qui Orphei Argonautica, hymnos et Lithica una continet, sed Moschi hypothesi caret, hanc subscriptionem habet: *γέγραπται τὸ παρὸν βιβλίδιον ἐν λουτεκία τῶν παρησίων ἐν μηνὶ πυανεψιῶνι ἔτους ἀπὸ τοῦ χριστοῦ γεννήσεως αφξδ ἡδονῆς τε καὶ τέρψεως ἕνεκα τοῦ μεγαλοπρεπεστάτου εὐπατρίδος ἐῤῥίκου μεμμονίου σοφωτάτου τε καὶ λογιωτάτου καὶ μαγίστορος τῶν τοῦ βασιλέως δεήσεων, τοῦ καὶ ἐν ἑλικῶνι ταῖς μούσαις ἀεὶ συμπαίζοντος τύχῃ ἀγαθῇ χειρὶ ἀγγέλου βερκίου* [= Vergetius] *τοῦ κρητός. ὃς καὶ ἰλιγγιάσας πρὸς τὸ πέλαγος τῶν σφαλμάτων τοῦ ἀντιγράφου οὐκ ἴσχυσεν ἐπανορθῶσαι καλῶς τουτὶ τὸ παρ' ἐκείνου ἐκβληθέν.* Est apographum elegantissimum, recentissimum et satis accuratum editionis Aldinae.

Praeterea codex Vindobonensis lat. nr. 10056, chart. recentissimus, fol. 259—276 opus nostrum continere dicitur. Sed nihil inest praeter editionis Aldinae versionem latinam satis ineptam.

Ex codice P libro simillimo expressa prima nostri carminis editio Aldina anno 1517 prodiit; priores Orphei editiones Lithica non habebant. Princeps editio, ut apud Aldum solet, turpissimis vitiis scatet: editor, cuius nomen ignoramus, satis habuit exemplar manuscriptum hic inde nescio cuius coniecturis emendatum fideliter typis exprimere et paucos tantum typographorum errores corrigere. Recusa est haec editio apud haeredes Juntae a. 1519, quae editio a

me frustra quaesita a Gesnero collata est, qui nonnulla propria in ea inesse iudicavit. Sed nullum Juntis ad manus fuisse librum manuscriptum, neque alia esse propria illa, nisi mera typographorum sphalmata, patet ex altera nostri carminis editione Juntina anni 1540, quae paucissimis tantum locis leviora Aldinae vitia correxit, ceteroquin autem magis etiam neglegenter impressa est, quare non valde dolendum, quod et haec editio, et ex ea expressa proxime sequens Farrea, editores hucusque latuit. Editio enim Lithicorum Farrea quae a. 1543 Venetiis ex officina Farrea prodiit in plurium poetarum graecorum collectione, mera repititio est Juntinae secundae, cuius errores typographici in ea numquam correcti, saepissime aucti sunt. Harum trium editionum, quas *a if* siglis notavi, accuratam collationem, omissis tantum propriis Juntinae vel Farreae vel utriusque erroribus, notis inserui, ut magis etiam, quam hucusque factum est, appareat, quantum carmen nostrum Henrico Stephano debeat, qui a. 1566 in praeclaram suam epicorum graecorum editionem (»Poetae Graeci Principes Heroici carminis et alii nonnulli«) etiam Orphei Lithica recepit. Usus est Stephanus, ut ipse fatetur, sola editione Aldina, et hic inde Tzetzae testimonio, sed tantum pollebat ingenii acumine, ut plurima Aldinae menda, etiam graviora, feliciter tolleret. Stephani textus post Jacobi Lectii Poetas Graecos (Aureliae Allobrogum 1606) repetitus est ab Andrea Christiano Eschenbachio in Orphicorum editione a. 1689 Traiecti ad Rhenum excusa, addita versione latina, in qua tacite nonnulla mutavit, rarius emendavit Eschenbach.

Eschenbachii versionem latinam plurimis locis correxit, varias lectiones Aldinae et Juntinae, neglegentissime illas excerptas, et notas criticas haud magni pretii textui addidit Joh. Matth. Gesner, cuius editio post mortem eius a Chr. Hambergero curata Lipsiae prodiit a. 1764, aucta neglegenti collatione libri Parisini ab Ernestio confecta et a Ruhnkenio Gesnero donata. — Deinde separato libello Thomas Tyrwhitt Lithica edidit Londini 1781, ex qua editione quae in notis attuli ex

Hermanni editione sumpta esse sciendum est. Tyrwhitt, qui versionem quoque Lithicorum Gesnerianam editioni suae se ipso postea improbante adiecit, omnium optime de nostro carmine meruit. Totius carminis oeconomiam a Tzetza, Demetrio Moscho, et prioribus editoribus non intellectam, luculenter exposuit, textum receptis priorum editorum emendationibus dedit politiorem, propriis coniecturis ingeniosissimis, quas tamen numquam in textum admisit, poetae pristinum nitorem restituit; denique epitomam prosaicam, quam absoluta iam editione in Bodleiana bibliotheca invenit, in addendis publici iuris fecit et emendando carmini felicissime adhibuit. Magnum huic editioni ornamentum accedit praeterea ex Musgravii emendationibus, quas exemplaris cuiusdam Lithicorum ipsi legati margini adscriptas item in addendis imprimendas curavit Tyrwhitt. Omnium editorum et criticorum in Lithica notas collegit Hermann, qui in Orphicorum editionem (Lipsiae 1805) nostrum quoque carmen recepit et magno praeclararum emendationum numero ornavit, adhibitis etiam lectionibus ab Jo. Tzetza in Iliadis Exegesi tunc nondum edita prolatis. Cuius textum, qui, secutus a. 1876 a Tauchnitzianae editore, a. 1818 (Lipsiae apud Weigelium) recudendum curavit, G. H. Schaefer, paucissimos tantum typographorum errores correxit.

Hactenus de editionibus. Latuerunt hucusque editores »Orphei poetae vetustissimi opera iam primum ad verbum translata et diligentius quam antea multis in locis emendata per Renatum Perdrierium Parisiensem« quae »Basileae ex officina Joan. Oporini Anno salutis humanae MDLV mense Februario« prodierunt cum duplici Lithicorum versione prosaica indoctissima, cui subiunctae sunt emendationes nonnullorum Aldinae vitiorum typographicorum.

Hannardi Gamerii Paraphrasin cum eius Scholiis et D. Wendalini Cronobachii Medici animadversionibus vulgatam Leodii 1578 in 8°, quam Fabricius memoravit in Bibl. Gr. neque Gesner vidit, neque ullus post eum editor. Sed habuit Gesner antiquiorem similis cuiusdam stupidissimi

opelli editionem, cuius hunc titulum descripsit: »Orpheus antiquissimus et optimus poëta, Philosophus Trismegistus, de Lapidibus, nunc demum Latio iure donatus. M. Hannardo Gamerio Poëta laureato interprete. Accesserunt eiusdem Hannardi scholia, quae et rei medicae studiosis utilia iucundaque futura sunt, et quae quibusdam locis obscurioribus plurimum lucis adferent. Accessit praeterea argumentum in Orphei libellum Renato Perdrierio interprete. Leodii ex officina Gualteri Morberii 1576. 4°.«

Praeterea plurimum ad poetae emendationem contulerunt Bernardus in variis suis operibus, D. Ruhnken in Epistula Critica II et in editionis Tyrwhittianae recensione, quam in Wyttenbachii Bibliothecae Criticae particulam octavam inseruit; Pierson in Verisimilibus, Schrader in Praefatione Emendationum, Slothouwer in volumine tertio Actorum Societatis Traiectinae, et quem primo loco nominare debui, Gulielmus Wiel, vir sagacissimus, qui »De Lithicorum carmine« programma scholae Bedburgensis scripsit a. 1868.

In Germanicum sermonem vertit carmen nostrum Car. Seidenadel (progr. Bruchsal. a. 1876) qui in versionis praefatione etiam de nonnullis Lithicorum locis corruptis non sine fructu disputavit, in Italicum autem sermonem comes Coriolanus Malingri di Bagnolo, cuius versio Taurini a. 1878 lucem vidit.

Scripsi Budapestini Cal. Octobr. a. 1879.

Eugenius Abel.

Δημητρίου τοῦ Μόσχου ὑπόθεσις εἰς τὸ περὶ λίθων Ὀρφέως.

Θειοδάμαντι τῷ Πριάμου συνήντησεν Ὀρφεὺς μετὰ[1]) ἑταίρων τινῶν πρὸς θυσίαν Ἡλίου, ἣν ἐτέλει κατ' ἔτος εἰς ὄρος[2]) ἀνερχόμενος· καὶ αὐτῷ τῆς νενομισμένης[3]) ταύτης ἐτησίου θυσίας τὴν αἰτίαν ἀφηγεῖται, λέγων ὑπὸ δράκοντος αὐτὸν[4]) παῖδα ὄντα ποτὲ ἀναιρεθῆναι κινδυνεύοντα καταφυγεῖν εἰς τὸ ἐκεῖ που[5]) πλησίον ἱερὸν τοῦ Ἡλίου. ὑφ' οὗ καὶ σωθέντα ὡς ὁ πατὴρ περιεποιήσατο τῆς τοῦ παιδὸς σωτηρίας κατ' ἔτος ἦγεν Ἡλίῳ θύματα. μεταστάντος δὲ ἐκείνου τῶν ἐντεῦθεν αὐτὸς Ὀρφεύς[6]) ἀντὶ τοῦ πατρὸς τῆς τοιαύτης θυσίας καθίσταται διάδοχος· ἣν νῦν ἀφοσιούμενος ἄνεισι,[7]) συμπαραλαβὼν καὶ Θειοδάμαντα. οὗτος δὲ καθ' ὁδὸν τῷ ποιητῇ περὶ δυνάμεώς τε λίθων καὶ χρήσεως διεξέρχεται, οἵτινες αὐτῶν χρήσιμοι πρὸς τῶν θυόντων κρατούμενοι, ὅπως αὐτοῖς τὰ τῶν εὐχῶν ἐξανύοιτο, καὶ οἳ πρὸς τὰς ἰοβόλους τῶν δήξεων[8]) θεραπείας. ὅθεν οἶμαι καὶ Νίκανδρος ὁ Κολοφώνιος ὕστερον ὁρμηθεὶς συνέγραψε τὰ θηριακά.

Τοῦ αὐτοῦ.[9]) Ἰστέον δέ, ὡς δύο τινὰ προοίμια τοῦ παρόν-

Demetrii Moschi hypothesis omissa est in Pal. In inscriptione B ante *τοῦ Μόσχου* addit *Κερκυραίου*; *εἰς* om. M.; *εἰς τὸ ἑξῆς ποίημα Ὀρφέως περὶ λίθων ὑπόθεσις Δημητρίου τοῦ Μόσχου* edd. 1) *τῶν* ante *ἑταίρων* omisi cum BV. 2) *ὅρος* V. 3) *τῆς γενομένης ἐτησίου ταύτης θυσίας* B. 4) *αὐτόν* dedi ex B., rell. *αὐτόν*. 5) *ποῦ* Hermanni editio et Tauchn. 6) *ὁ ποιητής* pro *Ὀρφεύς* et supra *Θειοδάμαντί τινι συνήντησεν ὁ ποιητής* scribi jubebat Tyrwh. sed recte Herm. contra: »At hoc est mentem scriptoris, non verba corrigere.« 7) *ἄνεισιν* P. 8) *δείξεων* V. 9) *τοῦ αὐτοῦ* om. M in spatio vacuo, et Gesn. Herm. Tauchn. qui sequentia etiam antecedentibus coniunxerunt. — »Male haec a Demetrio divisa sunt. Unicum est huius operis prooemium, quod versibus primis circiter 92 absolvitur. Colloquium inter auctorem et Theodamantem est ipsum opus; in quo primus quidem loquitur Auctor, a v. 164

τος προτίθεται ποιήματος· ἐν μὲν τῷ πρώτῳ αὐτήν τε τὴν ἀρετὴν καὶ σοφίαν ἅπασαν ἐξυμνῶν, καὶ τοὺς πάλαι τῶν ἡρώων κατ' αὐτὴν γενομένους ἐνδόξους καὶ ἰσοθέους νομισθέντας, ὧν καὶ μητέρα[10]) τὴν ἀρετὴν προσείρηκεν. ἐν ταὐτῷ[11]) δὲ καὶ τῶν ἰδιωτῶν καθάπτεται, ὡς ἐπιφθόνως ἐχόντων πρὸς τοὺς τὴν ἀρετὴν διώκοντας, καὶ τούτοις ἀεὶ φιλαπεχθημόνως ἐπικειμένων. ἐν θατέρῳ δὲ ὁ πρὸς αὐτὸν καὶ Θειοδάμαντα γίνεται[12]) διάλογος.

[vulg] ad v. 393 [vulg.]' et sub persona Heleni a v. 394 [vulg.] ad v. 764 [vulg.] et iterum ex propria persona ad v. 766 [vulg.]. Reliqui duo versiculi sunt ipsius Auctoris, et opus claudunt.« Tyrwh. Gesner, a Moscho transversum actus, Theodamantem Priami filium, Hectoris et Cassandrae fratrem, Melanippi ἀνεψιόν fuisse putavit, et carminis oeconomiam adeo non intellexit, ut a v. 394 vulg. Palameden loqui et in versibus 398—412 vulg. Apollinis orationem ab eo relatam esse docuerit. Verum vidit iam ante Tyrwhittum Schrader (Emend. Praef. p. XIV) et ante utrumque notante Ruhnkenio (in recensione editionis Tyrwhittianae Bibl. Crit. P. VIII). Koene ad Greg. Cor. p. 124, qui in v. 388 vulg. *Πριαμίδαο* pro *Παλαμήδαο* scribendum esse monens carminis oeconomiam perspexisse credendus est. Gesneri errores fusius refellerunt Tyrwh. passim in notis, et Schrader l. c., quorum explicationes in re clarissima amplius non recensebo. 10) *ἡμετέρα* B. 11) *ταυτῷ* codd. et edd., nisi quod *αὐτῷ* BV. 12) *γράφεται* Eschenb. ed.

ΛΙΘΙΚΑ.

Δῶρον ἀλεξικάκοιο Διὸς θνητοῖσιν ὀπάσσαι
κεκλόμενος Μαίης ἐριούνιος ἦλθε κομίζων
υἱός, ὅπως ἂν ἔχοιμεν ὀϊζύος ἀτρεκὲς ἄλκαρ.
γηθόσυνοι δέχνυσθε βροτοί, πινυτοῖσιν ἐνίσπω,
οἷς ἀγαθὴ κραδίη, καὶ πείθεται ἀθανάτοισι·
νηπυτίοισι δ' ὄνειαρ ἀκήρατον οὐ θέμις εὑρεῖν.
τῷ δ' αὐτῷ καὶ πρόσθεν ἀγαλλομένους ἐπὶ δώρῳ
υἱά τε Λητοΐδης ἀκεσίμβροτον ἀθανάτοισιν
ἷξεν ἄγων ἐς Ὄλυμπον ἀγάννιφον, ἠδὲ σαόφρων
Παλλὰς Ἀθηναίη λαοσσόον Ἡρακλῆα·
ἆλτο δὲ καὶ Κρονίδης ταναὴν ὑπὲρ αἰθέρα Χείρων,
σευάμενος πρὸς Ὄλυμπον, ἐπεὶ μάθεν ἄμβροτα δῶρα.
ἀλλ' ἤτοι κείνους μὲν ἀμώμητοι Διὸς οἶκοι
χαίροντες δέξαντο, θεηγενέων ὄχ' ἀρίστους·
ἡμῖν δ' ἐν γαίῃ κέλεται Χρυσόρραπις ὄλβῳ
ζώειν τερπομένοισιν ἀπειρήτοις κακότητος.
ὃν δέ κεν ἀνθρώπων πεπνυμένον ἦτορ ἀνώγῃ
ἐς πολυήρατον ἄντρον ἐσελθέμεν Ἑρμείαο,
ἔνθ' ὅγε παντοίων ἀγαθῶν κατέθηκεν ὅμιλον,
αἶψά κεν ἀμφοτέρῃσιν ὀνείατα πολλὰ κομίζων
οἴκαδ' ἀποστείχοι, προφυγὼν πολύδακρυν ὀϊζύν·
οὐδέ ἑ νοῦσος ἄκικυς ἐνὶ μεγάροισι δαμάσσει,
οὐδ' ὅγε δυσμενέων ποθ' ὑποτρέσσας μένος αἰνὸν
ἂψ ἀναχωρήσει, προλιπὼν ἐριγηθέα νίκην·
οὐδέ οἱ ἀθλητῆρι κονισσαμένῳ ἐν ἀγῶνι
ἀντιβίην τινὰ θυμὸς ἐφορμήσει μενεαίνειν,

οὐδ' εἰ χάλκεα γυῖα καὶ ἄγναμπτον σθένος ἀνὴρ
ἄντικρυ στεφάνοιο πόθῳ κομίσας ἐριδαίνοι.
ναί μιν καὶ θήρεσσιν ὀρεσχῴοισι λέοντα
δεινὸν καὶ λαοῖσιν ἐοικότα δαίμονι τεύξω.
καί οἱ καὶ βασιλεῦσι διοτρεφέεσσιν ὀπάσσω
ῥεῖα καὶ ἀλλοδαποῖσι μετ' ἀνθρώποισι τίεσθαι.
τὸν δὲ καὶ ἠΐθεοι τερενόχροες ἱμερτῇσιν
αἰὲν ἐφορμήσουσι περιπτύσσειν παλάμῃσι,
καὶ μαλακῇ χρύσειον ἐπὶ λέχος αἰὲν ἐρύσσει
ἄλληκτον κούρη ἐπιϊεμένη φιλότητος.
εὐχομένου τε πρὸς οὖατ' ἀφίξεται αἰὲν ἐόντων
εὐχή· καὶ πόντοιο κυκωμένου οὐκ ἀλεγίζων
βήσετ' ἐπὶ τραφερὴν χθόν' ἀκυμάντοισι πόδεσσι.
τὸν καὶ ληϊστῆρες ἀνάρσιοι οἶον ἐόντα
φεύξονται· καὶ δμῶες ὀϊόμενοι πατέρ' εἶναι
τίσουσιν, καὶ οἶκον ἑοῦ στέρξουσιν ἄνακτος.
ἴδμεναι αἴκ' ἐθέλῃσι, δαήσεται, ὅσσα τε φῶτες
κρυπτάδια σφετέρῃσιν ἐνὶ φρεσὶ μηχανόωνται,
ὅσσα τε κεκλήγασι μετά σφισιν ἠεροφοῖται,
ἀνθρώποις ἄφραστον ἰαχχάζοντες ἀοιδήν,
οἰωνοί, μεγάλοιο Διὸς κραιπνοὶ ὑποφῆται.
ῥοῖζόν τε στῆσαι χαμαὶ ἐρχομένοιο δράκοντος
εἴσεται, ἠδ' ὄφεων ἰὸν σβέσαι ἑρπυστήρων.
δώσω οἱ καὶ φῶτα χόλῳ πίπτοντα σελήνης
ῥύσασθαι, καὶ νοῦσον ἀταρτηρὴν ἐλέφαντος·
καὶ ψυχὴν ἐλάσαι τεθνηότος, ᾗ κεν ἐρεμνοῦ
ἐξ Ἄϊδος προμολοῦσα ποτιχρίμπτηται ἑκάστῳ.
ἄλλαι ἀπειρέσιοι πολυμήτιος Ἑρμείαο
δωτῖναι κομίσαντος ἐνὶ σπήλυγγι κέονται,
ἄμβροτοι, ἀτρεκέες, ῥίμφα πρήσσουσαι ἕκαστα·
τάων ἡμίθεός τε καὶ ὄλβιος ὅς κ' ἐφίκηται.
τὰς ἐμὲ κηρύσσειν λαοσσόος Ἀργειφόντης
ἀνθρώποισιν ὄρινε, μελιγλώσσοιο κελεύσας

φθόγγον ἀπὸ στήθεσφιν ἀοιδῆς γηρύσασθαι.
'Αλλ' οὐ πάγχυ βροτοῖσι σαοφροσύνης ἀλεγίζειν
ἵμερος, αἶψα δέ, πρέσβα, σ' ἀλιτροσύναις ἀτίουσι·
μητέρα δ' ἡρώων ἀρετὴν ἀπάτερθε κλύοντες
προτροπάδην φεύγουσιν, ἀοσσητῆρα δὲ μόχθον,
μόχθον ἀοσσητῆρα βίου μάλα πεφρίκασιν.
οὐδέ σφι χρείων ἐνὶ δώμασιν ὄλβος ὁμιλεῖ,
οὐδέ τις οἶδε θεοῖς δαριζέμεν ἀθανάτοισιν.
ἐκ δ' οἵγε πτολίων τε καὶ ἀγρῶν ἤλασαν ἐσθλὴν
— ἆ δειλοί — σοφίην, 'Εριούνιον ὑβρίζοντες.
ὤλετο δὲ προτέροις πεπονημένον ἡμιθέοισιν
ἔργον· ὃ δ' ἀργαλέος καὶ ἀπεχθὴς αὐτίκα πᾶσιν,
ᾧ κεν ἐπωνυμίην λαοὶ τεύξωσι μάγοιο.
καί ῥ' ὃ μὲν ἐν κονίῃσιν ὑπ' ἄορι κρατὸς ἀμερθεὶς
λευγαλέῳ θανάτῳ δῖος φὼς ἐκτετάνυσται·
οἳ δ' ἴκελοι θήρεσσιν, ἀΐδριες ἠδ' ἀδίδακτοι
χήτεϊ δαιμονίοιο νοήματος, οὐδ' ὑπ' ἀρωγὴν
θεσπεσίην φυγέτην ὀλεσιμβρότου ἐκ κακότητος,
οὔτε τι θέσκελον ἔργον, ὅ κεν μάλα θαυμάζοιτο,
ἴσασ'· ἀλλά σφιν νεφέλη πραπίδεσσι κελαινὴ
ἀμφιπεριπλεχθεῖσα βαδιζέμεν ἀνθεμόεντα
εἰς ἀρετῆς λειμῶνα πολυστεφάνοιο μεγαίρει.
ἀλλ' ἐμέθεν στεῦμαι κειμήλια πειθομένοισιν
ἀφνειοῦ χρυσοῖο πολὺ προφερέστερα δείξειν·
φῶτα δὲ δίζημαι ταλακάρδιον, ὅς κεν ἑκάστου
ἐμμεμαὼς πειρῷτο, μενοινῆσαι τε, κάμοι τε,
ὅς τε διδάσκηται, καὶ ὃς εἰδότας ἐξερεείνῃ.
οὐ γὰρ ἄτερ καμάτοιο τέλος μύθοισι καὶ ἔργοις
εὐρύοπα Κρονίδης ἐθέλει δόμεν· ἀλλὰ καὶ αὐτὸν
ἐς δύσιν ἀσθμαίνοντες ἀν' αἰθέρα λαμπετόωσαν
ἠέλιον φαέθοντα σὺν ἅρματι πῶλοι ἄγουσι.

Μᾶλλον ἐγὼ πινυτοῖο παραίφασιν ἀνέρος εὑρὼν

τέρφομαι, ἧπερ χρυσὸν ἁπάντων κοίρανον ἀνδρῶν.
Ἠελίῳ γὰρ ἄγων ἱερήιον ἀντεβόλησα
ἀγρόθεν ἄστυδ' ἰόντι περίφρονι Θειοδάμαντι·
καί μιν ἑλὼν χερὶ χεῖρα προσηύδων ὧδ' ἐπέεσσιν·
Ἐς πόλιν, εἰ μὴ πάμπαν ἐπισπέρχωσιν ἀνάγκαι,
ῥηιδίως σοι, ἑταῖρε, καὶ αὔριον ἔσσεθ' ἱκέσθαι·
νῦν δέ σέ μοι στείχοντι μετ' εἰλαπίνην θεὸς αὐτὸς
ὦρσεν ὑπαντιάσαι· τῷ μοι πρόφρων ἐπίνευσον
ἑσπέσθαι. θυσίαι δ' ἱεροπρεπέες τελέθουσιν,
ἃς ἀγαθοὶ ῥέζουσι βροτοί· γάνυται δὲ φίλον κῆρ
ἀθανάτων, εὖτ' ἄν σφι χοροὺς ἀνάγωσιν ἄριστοι.
ἄξω δ' οὐ μακρὴν ἐς ἀταρπιτόν· εἰσοράᾳς γὰρ
ἡμετέρων με κιόντα πρὸς ἀγρῶν ἀκρώρειαν.
ἔνθα νεογνὸς ἐὼν ἔτλην ποτὲ μοῦνος ἀνελθεῖν,
λαιψηρὼ πέρδικε μετασπόμενος προφυγόντε·
οἳ δ' ἤτοι εἵως μὲν ἀκούων οὔνομ' ἕκαστος
ἱστάμενος μίμνασκεν, ὀρεξάμενον δὲ δοκεύσας,
πρὶν μάρψαι χείρεσσιν, ἀλυσκάζων προφύγεσκεν.
αὐτὰρ ἐγὼ σπουδῇ κεν ἐπὶ στόμα κάππεσον ἐλθών·
ἂψ δ' αὖτις γαίηθεν ἀναΐξας ἐδίωκον.
ἀλλ' ὅτε δὴ κορυφῆνδε μετασπόμενος κίον ἄκρην,
οἳ μὲν ἄρ' ἐξαπίνης ἰαχὴν ὀξεῖαν ὀρόντε
αἰγανέης ἔσσυντο θοώτερον ἠὲ βελέμνου
ὑψίκομον ποτὶ φηγόν, ἐπεσσύμενον προϊδόντε
αἰνὸν ὄφιν πετάσαντα γένυν πλείην θανάτοιο.
τὸν δ' ἐγὼ ἐγχριμφθεὶς ὑπεναντίον ἀΐξαντα
οὐκ ἴδον· ὀφθαλμοὶ δέ μοι ὀρνίθων λελίηντο·
πρίν περ ἀναστήσαντος ἀπὸ χθονὸς αὐχένα δεινὸν
ἐφρασάμην ἤδη τε δέμας μεμαῶτα λαφύξαι.
ἔνθ' εἴ τις σπεύδοντα παλίσσυτον εἰσενόησεν,
οὔτε με περδίκεσσιν ἀελλοπόδεσσιν ἕπεσθαι,
οὔτε με νηπιάχοισιν ὀΐσατο ποσσὶ φέρεσθαι.
κέκλετο γάρ μοι δεῖμα τανύπτερον αἰετὸν εἶναι,

καὶ πνοιὴν ἀνέμου, παρὰ γάρ ποσσὶν κακὸν ἦεν.
πολλάκι δ' εἵματος ἄκρου ἐπιψαύεσκεν ἀκωκαῖς·
καί κεν ὑπὲρ μοῖράν με πελώριος ἀμφέχανεν θήρ,
εἰ μή μοι νόος ὦρτο θοῶς ἐπὶ βωμὸν ὀροῦσαι,
τόν ῥα παλαιότεροι Φαεσιμβρότῳ ἱδρύσαντο.
τῷ δ' ἄρ ἔπι τρύφος αὗον ἐλαϊνέης ἐλέλειπτο
σχίζης, ἥν τε μαρανθὲν ἀδηφάγον ἐξέλιπεν πῦρ.
τὴν ἐγὼ ἁρπάξας ὀλοοῦ κατένωπα δράκοντος
ἐστρέφθην. μαίμησε δ' ὀρεσκῴου μένος αἰνὸν
μάρνασθαι, μεμαῶτα ἰδών. εἱλεῖτο δὲ πυκνῶς,
γνάμπτων εὐκύκλως ταναὴν ῥάχιν· αὐτὰρ ἐπ' ἄλλῳ
ἄλλος, ἔπειτα δέ τ' ἄλλος ἑλισσομένου τροχὸς ἦεν·
ἠδ' ἔτι καὶ βωμοῦ ὕπερ αὐχένας ἠέρταζε
συρίζων βοόωντος ἐμῆς πολὺ μεῖζον ἀϋτῆς.
καὶ τύπτων ἄρρηκτον ὀρεσκῴοιο κάρηνον
ἀμφ' αὐτῷ θραύεσκον ὑπέκπυρον ὄζον ἄκικυν·
οὐδ' ἄρα μόρσιμος ἦα δαφοινῷ θηρὶ δαμῆναι.
τοὔνεκεν αἰπολίοισιν ἀπόπροθι βοσκομένοισιν
ἑσπομένω δύο πατρὸς ἐμοῦ κύνε κεκλήγοντα
γνόντες ἐπεδραμέτην· μάλα γάρ σφισι μείλιχος ἔσκον.
οἳ μὲν ἄρ' ὑλάσσοντες ἐπέδραμον· αὐτὰρ ὅγ' αἶψα
ἀντίον ἔσσυτο τοῖιν· ἐγὼ δ' ἐς γαῖαν ὀρούσας
προτροπάδην, ὥς τίς τε Διὸς γαμψώνυχα φεύγων
αἰετὸν ἐν πυκινοῖσι λάθῃ θάμνοισι λαγωός,
τῷ ἴκελος μήλοισι μιγεὶς ὀλοοῦ ἀπὸ θηρὸς
ἐκρύφθην, μέσσοισιν ἐνὶ πτήξας ἐρίφοισιν.
ὄφρα μὲν οὖν ἀκάκητα πατὴρ ἐμέθεν ζώεσκεν,
αἰεὶ μόσχον ἄγεσκεν ἐμὸν πρὸς ἀμύντορα βωμόν,
τίνων Ἡελίῳ ζωάγρια παιδὸς ἑοῖο·
αὐτὰρ ἐπεὶ μοῖραί μιν ἀπήγαγον ἠελίοιο,
αὐτὸς ἐγὼν ἀγέληθεν ἐλάσσας πίονα μόσχον
εἰαρινόν, θαλέθοντα νεήνιδος οὔθατι μητρός,
ἔρχομ' ἐς ἀκρώρειαν, ἄγων χορὸν ἠδὺν ἑταίρων·

σὺν δέ σφιν καὶ τῷδε δρακοντοφόνῳ κύνε βήτην
αὐτομάτω· γλυκερὴ δὲ πέλει περὶ βωμὸν ἄνακτος
τερπωλή, χλοερόν τε πέδον, μαλακαί τ' ἔπι ποῖαι,
καὶ λασίαις πτελέῃσιν ὕπο σκιή· ἄγχι δ' ἄρ' αὐτῶν
ὕδωρ ἀέναον λισσῆς ὑπὸ πυθμένι πέτρης
λευκὸν ἀναβλύζον κελαρύζεται εἴκελον ᾠδῇ.
ἴομεν· οὔτοι δαῖτα θεῶν θέμις ἀρνήσασθαι.
Ὣς ἐφάμην. ὁ δέ μ' ὧδε προσηύδα δαιμόνιος φώς·
Ἀλλά σε μὲν κρείων Φαεσίμβροτος ἐξ ἀλεγεινῆς
αἰὲν ἄγοι κακότητος, ἀδακρύτοιό τε πέμποι
ὄλβου πρὸς μέγα δῶμα φιλοφροσύνης ἕνεκα σφῆς.
οὐδὲ μὲν οὐδέ σ' ἐγώ περ ἀμοιβῆς αὐτὸς ἀμέρσω·
ἀλλ' ἐπεὶ οὖν ἄξων ἱερήϊον εἰσαναβαίνεις,
ὄφρα τοι εὐχομένοιο κλύοι θεός, ἐγγυαλίξω.
Κρύσταλλον φαέθοντα διαυγέα λάζεο χερσὶ
λᾶαν, ἀπόρροιαν πυριφεγγέος ἀμβρότου αἴγλης·
αἴθεϊ δ' ἀθανάτων μέγα τέρπεται ἄφθιτον ἦτορ·
τόν κ' εἴπερ μετὰ χεῖρας ἔχων παρὰ νηὸν ἵκηαι,
οὔτις τοι μακάρων ἀρνήσεται εὐχωλῇσι.
κέκλυθι δ' ὄφρα μάθοις μένος ἀργεννοῖο λίθοιο.
εἰ γὰρ ἄτερ κρατεροῦ ἐθέλοις πυρὸς ἐκ φλόγας ὄρσαι,
κέκλομαι αὐαλέων μιν ὑπὲρ δαΐδων καταθεῖναι·
αὐτὰρ ὅγ' ἠελίου κατεναντίον αὐγάζοντος
αὐτίχ' ὑπὲρ δαΐδων ὀλίγην ἀκτῖνα τανύσσει.
ἡ δ' ὅτε καρφαλέης τε θίγῃ καὶ πίονος ὕλης,
καπνόν, ἔπειτα δὲ πῦρ ὀλίγον, μετὰ δὲ φλόγα πολλὴν
ὄρσει· τὴν δ' ἄρα φασὶ παλαιγενέες ἱερὸν πῦρ.
τάων οὐχ ἑτέρης μᾶλλον φλογὸς ἔλπομ' ἔγωγε
ἀθανάτοις οὕτω κεχαρισμένα μηρία καίειν.
πρὸς δ' ἔτι τοι καὶ τοῦτο, φίλος, μέγα θαῦμα πιφαύσκω·
αὐτὸν ὅτις πέλεται φλογὸς αἴτιος, αἴκε μάλ' ὦκα
ἐκ πυρὸς ἁρπάξῃς, ψυχρὸς πέλει ἀμφαφάασθαι,
ἀμφὶ δὲ καὶ νεφροῖσι δεθεὶς κάμνοντα σαώσει.

Δεύτερον εὐχομένῳ τοι ἀρηγόνα λᾶαν ὀπάσσω,
θεσπεσίοιο γάλακτος ἐνίπλεον, ἠΰτε μαζὸν
πρωτοτόκου νύμφης ἢ μηκάδος οὐθατοέσσης·
τόν ῥα παλαιγενέες μὲν ἀνακτίτην ἀδάμαντα
κλεῖον, ὅτι γνάμπτει μακάρων νόον, ὄφρα θυηλὰς
ἁζόμενοι ἐθέλωσιν ἐπιχθονίους ἐλεαίρειν·
οἱ δ' ἄρα μιν λήθαιον ἐφήμισαν, οὕνεκεν αἰεὶ
μεμνῆσθαι κακότητος ὀϊζυρῆς ἀπερύκει
θνητοὺς ἀθανάτους τε· νόον δ' ἐριούνιον εἶναι
θέλγει ἐποτρύνων ἀγανὰ φρεσὶ βουλεύεσθαι.
ἄλλοι δ' ἐσκέψαντο γαλακτίδα φέρτερον εἶναι
κικλήσκειν πέτρην, ὅτι τοι τρίψαντι γάλακτος
ἐκπρορέει λευκοῖο πανείκελος ἔνδοθεν ἰχώρ.
πεῖρα δέ τοι καὶ τοῦδε παρέσσεται, αἴκ' ἐθέλησθα.
οὔθατα γὰρ μήλων ὅτε κεν μινύθοντα ἴδηαι,
πῶς ἔρξεις, φίλε τέκνον, ἐπὴν ἐρίφοισι τεοῖσιν,
οὓς ποτε θῆρα πέλωρον ὑπεκπροφυγὼν ἱκέτευσας,
τοῖσι παρασταίης τετληόσιν, οἱ δ' ἐνὶ σηκῷ
ἀμφί σε λεπταλέοι γοερὸν περιμηκήσωνται;
τῶν μὲν ἀκηχεμένας ἐπιτέλλεο μητέρας αἶψα
λούειν πηγάων κυαναυγέσιν ἐν δίνῃσι·
στήσας δ' ἠελίου κατεναντίον ἀντέλλοντος,
ἁγνίζειν μὲν πρῶτον ἐποιχόμενος περὶ πάσας,
ἅλμην δ' ἐν κρητῆρι καὶ ἄλφιτα λεπτὰ λίθοιο
χευάμενος, διὰ πῶϋ καὶ αἰγῶν ἔρχευ ὅμιλον,
ῥαίνων καρποφόρῳ λάσιον κατὰ νῶτον ἑκάστης
θαλλῷ· ταὶ δ' ἄρα πᾶσαι ἰαινόμεναι περὶ σηκοὺς
ἐξαπίνης μετὰ τέκνα φερεγλαγέες στιχόωνται.
οἱ δ' ἄρ' ὑπαὶ μαζοῖσι κορεσσάμενοι γαλαθηνοὶ
σκιρτηθμῶν ἐξαῦτις ἀναμνήσοντ' ἀγέρωχοι.
σὴν δὲ μελικρήτοιο μετὰ γλυκεροῖο μιγέντα
ὄρνυε πινέμεναι νύμφην, ἵνα νήπιον υἷα
μαστοῖσιν μεθύοντα παρ' ἀενάοισι κομίζῃ.

ἀμφὶ δ' ἄρ' αὐχένι παιδὸς ἀερτάζουσα τιθήνη
λᾶαν ἐρητύσει κακομήτιος ὄσσε Μεγαίρης·
καὶ δέ σε καὶ βασιλῆες ἀμύμονες αἰδέσσονται
ἐν χερὶ λᾶαν ἔχοντα καὶ ἄπλετα φῦλ' ἀνθρώπων·
ἀθάνατοι δὲ μάλιστα θεοὶ καταθύμια σεῖο
πάντα τελευτήσουσιν ἐπ' ἀράων ἀΐοντες.
Χρὴ δὲ καὶ εὐπέταλον τετραυγέα λᾶαν ἔχοντας
ἀρᾶσθαι παρὰ βωμὸν ἐναιρομένης ἑκατόμβης.
Εἰ καὶ δενδροφύτοιο φέροις τρύφος ἐν χερὶ πέτρης
μᾶλλόν κεν θάλποιτο θεῶν νόος αἰὲν ἐόντων.
δένδρεα γὰρ μάλα πολλὰ κατόψεαι ὡς ἐνὶ κήπῳ
ἀνθεμόεντι κλάδοισιν ἐπασσυτέροις κομόωντα.
τοὔνεκά οἱ καὶ φῶτες ἀχάτῃ δενδρήεντι
θῆκαν ἐπωνυμίην, ὅτι οἱ τὸ μὲν ἔπλετ' ἀχάτου,
ἄλλο δ' ἔχει λασίης ὕλης δέμας εἰσοράασθαι.
τὸν δὲ τεοῖσι βόεσσιν ἀνασχίζουσιν ἄρουραν
ἀμφὶ κέρα δοιὼ βαλέειν, ἢ καρτερὸν ἀμφὶς
ὦμον ἀροτρεύοντος ἀτειρέος ἀγροιώτου·
καί κεν ἀπ' οὐρανόθεν σταχυοπλόκαμος Δημήτηρ
μεστὸν ἴοι φερέκαρπον ἐς αὔλακα κόλπον ἔχουσα.
Σκέπτεο, καὶ θνητὸν ἔχων ἐλάφοιο πέλαζε
ἀθανάτοισι κέρας· ποτὶ γὰρ νόος οὐρανιώνων
μειδιάει φύσεως πολυδαιδάλου ἔργον ἰδόντων·
ἤτοι μὲν κέρας ἐστί, ταναύποδος οἷα φύονται
ἐκ κεφαλῆς ἐλάφοιο· φύει γε μὲν οὔποτε κόρσῃ
πέτρην, ἀλλ' ἔμπης πέλεται στερεὴ τόγε πέτρη·
οὐ δέ κεν ἂν γνοίης κέρας ἀτρεκές, ἢ λίθος ἐστί,
πρίν κέ μιν ἀμφαφόων εὕρῃς νημερτέα λᾶαν.
αἰεί τοι θήσει λασίην ἐπὶ κράατι λάχνην,
εἰ καὶ ψεδνοκάρηνος ἔοις· εἰ γάρ μιν ἐλαίῳ
— — — — — — — — — — —
τριβόμενον τρίβειν κροτάφους πάντ' ἤματα σεῖο,
αἱ δὲ νέαι περὶ βρέγμα τεὸν τρίχες ἀνθήσουσι.

πρωτόγαμον δ' αἰζηὸς ἄγων ἐς δέμνια κούρην
τερπωλῆς ἐρατῆς ἐπιμάρτυρα τόνδε φέροιτο
λᾶαν· ὃ δ' ἀρρήκτοισιν ὁμοφροσύνῃσιν ἅμ' ἄμφω
ὕστατον ἐς γῆρας καὶ ἐς ἤματα πάντα καθέξει.
Ποιμένι δ' ἀγραύλων ταύρων, Διὸς αἰγιόχοιο
υἱέϊ κισσοχίτωνι, λίθον καταθύμιον εἶναι
βάρβαρον ἀγγέλλω, Συριηγενέος κελαδεινοῦ
ὕδασιν Εὐφρήταο διαινόμενον ζαμίλαμπιν·
ὅς τοι φυταλιῆς ἕνεκεν ῥέξαντι θυηλὰς
κλήμασιν αὐτίκα σεῖο φερεσταφύλοισιν ἀλωὴν
ἀμφιέσας πολλόν τοι ἀφύσσασθαι μέθυ δώσει.
Καὶ γλαφυρὴν κομίσας ἐαρόχροον αἶκεν ἴασπιν
ἱερά τις ῥέζῃ, μακάρων ἰαίνεται ἦτορ,
καί οἱ καρφαλέας νεφέλαις κορέσουσιν ἀρούρας·
ἥδε γὰρ αὐχμηρῇσιν ἄγει πολὺν ὄμβρον ἀρούραις.
Λύχνι, σὺ δ' ἐκ πεδίου ῥόθιόν τ' ἀπόεργε χάλαζαν
ἡμετέρου καὶ κῆρας, ὅσαι στιχόωνται ἐπ' ἀγρούς·
καί σε γὰρ ἀθανάτων φιλέει νόος, ἐκ δ' ἄρα βωμῶν
ἠΰτε περ κρύσταλλος ἄνευ πυρὸς ἐκ φλόγα πέμπεις·
ἐν δέ σοι ἀντίπαλον κεῖται μένος· ὁππότε δὴ πῦρ
νηδὺν ἀμφιέσῃσιν ἐνιπλείοιο λέβητος,
ψυχρὸν ἐπειγομένοιο πυρὸς μένει ἔνδοθεν ὕδωρ·
εἰ δέ τις ἐν ψυχρῇσι λίπῃ κονίῃσι λέβητα,
παφλάζει κρατεροῖο κυκώμενον ἔνδοθι χαλκοῦ.
Ἐσθλοὶ δ' αὖτ' ἐπὶ τοῖσι καὶ ὑαλοειδέες εἶναι
κλείονται θνητοῖσι θυηπολέουσι τόπαζοι.
Φημὶ δέ τοι τέρπειν καὶ ὀπάλλιον οὐρανίωνας
ἀγλαόν, ἱμερτοῦ τέρενα χρόα παιδὸς ἔχοντα·
καί ἑ καὶ ὀφθαλμοῖσιν ἀοσσητῆρα τετύχθαι.
Καὶ πίτυος δακρύοισι λίθου μένος ὀψιανοῖο,
καὶ σμύρνην μίσγειν εὐώδεα, καὶ φολίδεσσιν
ἀργυφέαις λεπιδωτὸν ἀποστίλβοντα κελεύω.
αὐτίκα γάρ τοι ταῦτα πυρὸς καθύπερθε πάσοντι

ἀθάνατοι δώσουσι θεοπροπίας ἀγαθῶν τε
ἐσσομένων, λυγρῶν τε· καὶ εἴσεαι ἅσσ' ἐθέλησθα.
καὶ νεύρων ἀλεγεινὰ πάθη λεπιδωτὸς ἀμύνει.
Δοιὼ δ' Ἡελίου χρυσότριχε λᾶε πέλονται,
ἄμφω θεσπεσίω· θάμβος δέ τοι ἔσσετ' ἰδόντι.
ἀμφοτέροις ἀκτῖνες ἐτήτυμοι ἐμπεφύασιν
ὀρθαί, λαμπετόωσαι· ἰδεῖν γε μὲν οἷον ἔθειραι.
εἶδος δέ σφι λίθων ἄλλων· τὸν μέν τε νοήσεις
κρύσταλλον λευκήν· εἰ δ' οὐκ ἔχεν ἔνδον ἐθείρας,
κρύσταλλός κεν ἔην· ὃ δὲ χρυσολίθῳ δέμας ἄντην
εἴκελος εἰσιδέειν· εἰ δ' οὐκ ἔχεν οὐδ' ὅγ' ἐθείρας,
χρυσόλιθός κεν ἔην· ἀτὰρ ἐσθλὼ φημὶ τετύχθαι.
ἐν γάρ σφιν μέγα δή τι φερέσβιος ἔμβαλε πνεῦμα
Ἠέλιος, ῥέζειν ἐρικυδέας αὐτίκα φῶτας
σεμνοτέρους τ' ἰδέειν· καί τοι σέβας ἔσσεται αὐτῶν.
αἶψα γὰρ ἡρώων σφιν ἐπέρχεται εἶδος ἀγαυόν,
οἵ κε θεοῦ μέγα δῶρον ἐπισταμένως φορέωσι.
Τόλμα δ' ἀθανάτους καὶ ἐνηέϊ μειλίσσεσθαι
μαγνήσσῃ· τὴν δ' ἔξοχ' ἐφίλατο θούριος Ἄρης,
οὕνεκεν, ὁππότε κεν πελάσῃ πολιοῖο σιδήρου,
ἠΰτε παρθενικὴ τερενόχροα χερσὶν ἑλοῦσα
ἠΐθεον στέρνῳ προσπτύσσεται ἱμερόεντι,
ὣς ἥγ' ἁρπάζουσα ποτὶ σφετερὸν δέμας αἰεὶ
ἂψ πάλιν οὐκ ἐθέλει μεθέμεν πολεμιστὰ σίδηρον.
ἤτοι μέν μίν φασι καὶ Ἠελίοιο πέλεσθαι
ἀμφίπολον κούρης, ὅτε κεν θέλγητρα παλύνῃ·
καί μιν ὑπερθύμοιο τεκοκτόνος Αἰήταο
κύδηνεν κούρη πολυμήχανος. αὐτὰρ ἔγωγε
σῆς ἀλόχου κέλομαί σε δαήμεναι, εἰ ἔθεν ἁγνὸν
ἀνδρὸς ἀπ' ἀλλοτρίοιο λέχος καὶ σῶμα φυλάσσει.
ἐς γάρ μιν κομίσας ὑπὸ δέμνια κάτθεο λάθρῃ
χείλεσιν ἀείδων θελξίμβροτον ἀτρέμας ᾠδήν·
ἣ δὲ κατακνώσσουσα καὶ ἠδέϊ περ μάλ' ἐν ὕπνῳ

ἀμφί σε χεῖρ' ὀρέγουσα ποτιπτύσσειν μενεαίνει·
εἰ δέ ἑ μαχλοσύνῃσιν ἐλαύνοι δῖ' Ἀφροδίτη,
ὑψόθεν ἐς γαῖαν τετανύσσεται ἐκπροπεσοῦσα.
καὶ δοιὼ μάγνησσαν ἀδελφειὼ φορεόντων
θυμὸν ἀπειρεσίης φυγέειν ἔριδος ποθέοντε·
καὶ λαοὺς ἀγορῆνδε συναγρομένους ὀπὶ καλῇ
θέλξεις, ἐν στήθεσσιν ἄγων μελιηδέα πειθώ.
καί τοι πολλά κεν ἄλλα δυνησόμενος καταλέξαι
θέσκελα τοῖο λίθοιο, τί τοι πλέον οὐρανιώνων
φθέγγωμαι; τῶν αἶψα καὶ ὑψόθι περ μάλ' ἐόντων
ἦτορ ἐπιγνάμπτει καὶ ἐφέλκεται, ὄφρα κε σεῖο
ὦκα μάλ', ὥστε τοκῆες, ἐέλδωρ ἐκτελέσωσιν.
ἀλλ' ἤτοι τάδε μὲν καὶ ἐπαυτίκα πειρηθῆναι
πάντα μάλ', ὅσσ' ἀγόρευσα, παρέσσεται, εἴ κ' ἐπὶ βωμὸν
ἔλθωμεν. καὶ γάρ τοι ἐπισπόμενός μοι ὅγ' ἀνὴρ
ὤμοισι κρατεροῖσι λίθων φέρει αἰόλον ὕλην.
  Νῦν δ' ἐπεὶ ἀτραπιτοῖο πολὺ πλέον ἄμμι λέλειπται,
σεῖο δ' ἔτι κραδίην κλονέει μέγα δέργμα δράκοντος,
μάνθανε καὶ δολιχῶν ὄφεων μὴ δειδέμεν ἰούς.
τρίψαι γὰρ λεπτὴν ὀφιήτιδα κέκλεο πέτρην,
ἥν ποτέ τις κρατεροῖσι πεπαρμένος ἕλθῃ ὀδοῦσι,
καί μιν ἐφ' ἕλκεϊ πάσσε· καὶ ἀτρεκὲς ἔσσετ' ὄνειαρ.
σὺν δὲ καὶ ὀστρίτην οἴνῳ λίθον ἐντρίψαντας
ἀκρήτῳ κέλομαι πίνειν ὀδυνήφατον εἰδώς.
  Καὶ σέο, δαιμονίη, μεμνήσομαι αὐτίκα, πέτρη,
αὐτοκασιγνήτη πολιῆς καὶ ὁμώνυμ' ἐχίδνης·
ᾗ ῥά ποτ' εἰναετῆ λώβην ἀμενηνὸν ἔθηκας
ῥίμφα Φιλοκτήταο Μαχαονίης ὑπὸ τέχνης.
οὐ μέν πως κείνην Ποιάντιος ἔλπετο θυμῷ
νοῦσον ὑπεκφεύξεσθαι ἀταρτηρὴν ποθέων περ·
ἀλλ' ὅγ' ἀλεξικάκοιο μαθὼν παρὰ πατρὸς ἀρωγήν,
λᾶαν ὅτις κ' ἀκέοιτο βαλὼν ἔπι φάρμακα μηρῷ,
σεῦεν ἐπὶ Τρώεσσιν Ἀλεξάνδροιο φονῆα·

τόν ῥα μεθ' ὑσμίνην ἧκειν ποσὶν ἀρτεμέεσσι
Πριαμίδης Πάρις αὐτὸς ἀποθνήσκων περ ἀπίστει.
ἔκτανε δ' ἠπεροπῆα Πάριν Ποιάντιος ἥρως,
κεκλομένου Δαναοῖς Ἑλένου Τροίηνδε κομίσσαι
λοιγὸν ἀδελφειοῖο μιαιφόνον ἐκ Λήμνοιο.
τῷ γὰρ Ἀπόλλων Φοῖβος ἔχειν λίθον αὐδήεντα
δῶκε, σιδηρίτην νημερτέα· τόν ῥα βροτοῖσιν
ἥνδανεν ἄλλοισιν καλέειν ἔμψυχον ὀρείτην,
γυρόν, ὑποτρηχύν, στιβαρόν, μελανόχροα, πυκνόν·
ἀμφὶ δέ μιν κύκλῳ περί τ' ἀμφί τε πάντοθεν ἶνες
ἐμφερέες ῥυτίδεσσιν ἐπιγράβδην τανύονται.
ἤματα μὲν τρί' ἐφ' ἑπτὰ βίην Ἑλένοιο πέπυσμαι
θηλυτέρης τε λέχος φεύγειν καὶ κοινὰ λοετρά,
καὶ μίμνειν ἀμίαντον ἐδωδῆς ἐμψύχοιο·
ἀενάῳ δ' ἐνὶ πέτρον ἐχέφρονα πίδακι λούων
φάρεσιν ἐν μαλακοῖσιν ἅτε βρέφος ἀλδήσασκε,
καὶ θεὸν ὥς λιπαρῇσιν ἀρεσσάμενος θυσίῃσι
λᾶαν ὑπερμενέεσσιν ἀοιδαῖς ἔμπνοον ἔρδεν.
ἐν καθαρῷ δὲ φάος μεγάρῳ λύχνοισιν ἀνάπτων,
χερσὶν ἑαῖς ἀτίταλλε, θεουδέα πέτρον ἀείρων,
μητέρι νήπιον υἱὸν ἐοικὼς ἀγκὰς ἐχούσῃ.
καὶ σὺ δ', ἐπὴν ἐθέλῃς ὄπα δαιμονίην ἐπακοῦσαι,
ὧδ' ἔρδειν, ἵνα θαῦμα μετὰ φρεσὶ σῇσι δαείῃς·
ὁππότε γάρ μιν πάγχυ κάμῃς ἐνὶ χείρεσι πάλλων,
ἐξαπίνης ὄρσει νεογιλοῦ παιδὸς ἀϋτὴν
μαίης ἐν κόλπῳ κεκληγότος ἀμφὶ γάλακτι.
χρὴ δέ σε τετληῶτι νόῳ ἐπακουέμεν αἰεί,
μήπως ἠπεδανοῖο λυθεὶς ὑπὸ δείματος ἔξω
ἐκ χειρῶν οὐδάςδε βαλὼν χόλον αἰνὸν ὀρίνῃς
ἀθανάτων. τόλμα δὲ θεοπροπίην ἐρεείνειν·
πάντα γὰρ ἐξερέει νημερτέα. καί μιν ἔπειτα
πλησίον ὀφθαλμῶν, ὅτε κεν λήγῃσι, πελάσσας
δέρκεο· θεσπεσίως γὰρ ἀποψύχοντα νοήσεις.

τῷδε μὲν Ἀτρείδῃσιν ἁλώσιμον ἔφρασε πάτρην
Λαομεδοντιάδης, φοιβήτορι λᾶϊ πιθήσας.
σοὶ δέ τι καὶ σθένος ἄλλο σιδηρίταο πιφαύσκω·
ἑρπετὰ γὰρ δὴ πάμπαν ὑποτρομέοντι ἔοικας.
σεῖο δ' ἔχεν πολὺ μεῖζον ἀκοίμητόν τε νόοιο
δεῖμα Φιλοκτήτης μεμνημένος αἰὲν ἐχίδνης.
τοὔνεκα Πριαμίδαο σαόφρονος οὔποτε νόσφιν
ἤθελεν ἔρχεσθαι, γουνούμενος, ὄφρα τιν' εἴπῃ
θαλπωρήν, εἴ πέρ ποτ' ἐπὶ χθόνα μητέρα θηρῶν
ἔρχηται, πῶς κεν πολιὸν γένος ἐκπροφύγῃσι.
τῷ δ' ὅγε Λητοΐδην ἐπέων ἐπιμάρτυρα Φοῖβον
κικλήσκων ἀγόρευε, τὰ δὴ νῦν σοι καταλέξω.
Εὖτέ με παῖδ' ἐδίδασκεν Ἀκειρεκόμης ἀγορεύειν
μαντοσύνας, μέγαν ὅρκον ἐκέκλετο πρῶτον ὀμόσσαι,
ψευδέα μήποτε μῦθον ἐνισπεῖν ἀνθρώποισι.
τοὔνεκεν ἀτρεκέως μάλα τοι ἐρέω τὰ ἕκαστα.
φράζεο νῦν, ἥρως ἑκατηβόλε, μῦθον ἐμεῖο.
Αὐτὴ γαῖα μέλαινα πολυκλαύτοισι βροτοῖσι
τίκτει καὶ κακότητα καὶ ἄλγεος ἄλκαρ ἑκάστου·
γαῖα μὲν ἑρπετὰ τίκτε, τέκεν δ' ἐπὶ τοῖσιν ἀρωγήν·
ἐκ γαίης δὲ λίθων πάντων γένος, ἐν δ' ἄρα τοῖσι
κάρτος ἀπειρέσιον καὶ ποικίλον· ὅσσα δύνανται
ῥίζαι, τόσσα λίθοι. μέγα μὲν σθένος ἔπλετο ῥίζης,
ἀλλὰ λίθου πολὺ μεῖζον, ἐπεὶ μένος ἄφθιτον αἰεὶ
γεινομένῳ μήτηρ καὶ ἀγήραον ἐγγυάλιξεν.
ἡ δὲ καταθνήσκει τε μινυνθάδιον θαλέθουσα,
καὶ τόσον αὐτῆς κάρτος, ἐφ' ὁππόσον ἔμπνοός ἐστιν·
εἰ δέ κ' ἀποπνεύσῃ, τίς ἔτ' ἐλπωρὴ παρὰ νεκρῆς;
ἐν μὲν δὴ βοτάναις ἄγυριν λυγρῶν τε καὶ ἐσθλῶν
δήεις, ἐν δὲ λίθοις ἄτην οὐ ῥεῖά κεν εὕροις.
ἦτοι ὅσαι βοτάναι, τόσσοι λίθοι. Ἀλλὰ σύ γ' ἥρως,
λᾶϊ σιδηρίτῃ πεφυλαγμένος ἑρπετὰ πάντα
θαρσαλέως, εἰ καί τοι ὁμιλαδὸν ἀντιόωσιν,

ἔρχεσθαι διὰ μέσσα κελαινῆς οὐκ ἀλεγίζων
λώβης. οὐ γὰρ ἔτι σφι θέμις μεμνῆσθαι ὀδόντων,
οὐδ' εἴ κεν στείχοντος ἐνιχρίμπτοιντο πόδεσσιν.
οὐδὲ γὰρ οὐδὲ μένειν περ ἔτι προφανέντα δύνανται,
ἀλλὰ μετά σφισι θάμβος, ἐλαυνομένοισι δ' ὁμοῖα
ἔσσυνται. τὰ δὲ καίπερ ἐναντίον ἀΐξαντα
ἂψ ὀπίσω παλίνορσα μεθερπύζειν μενεαίνει·
καί σφισιν ἐξαπίνης ῥόθος ἵσταται· οὐδέ τι πρόσσω
νίσσεται, ἀλλ' ὀρέγοντα πέλας περιμήκεα δειρὴν
γλώσσῃσιν μεμάασι περισσαίνειν, σκύλακες ὥς.
πολλάκι καὶ κατέδαρθε δαφοινῶν ἄγχι δρακόντων,
ἀμφὶ κυνηγεσίῃσι μένων ἐν τάρφεσιν Ἴδης,
θηρητὴρ Εὔφορβος ἀρωγῇ τῇδε πεποιθώς.
δῶκα γὰρ ἀντομένῳ λίθον ἱερόν, οὐδέ ποτ' αὐτῷ
ἐκ μάλα περ πολλῶν ἐλθεῖν κατεναντίον ἔτλη
— — — — — — — — —
τέρπετο δ' Εὐφόρβῳ περικαλλέϊ φέρτατος ἀνδρῶν
αἰχμητὴς Μελάνιππος, ἀνεψιὸς ἐσθλὸς ἐμεῖο,
εἶδος ἀμώμητον καὶ ἐπ' εἴδεϊ κάρτος ἄρειον
αἰζηοῦ ποθέων δουρικλυτοῦ, εὐπλοκάμοιο.
τοὔνεκα καὶ μετὰ θῆρας ἀλωμένου οὔποτε νόσφιν
ἔσθενεν Εὐφόρβοιο μένειν Ἱκετάονος υἱός,
ἀλλ' αἰεὶ λασίοισιν ἐν οὔρεσιν ἀντιθέοιο
καγχαλόων κούροιο μετ' ἴχνια σύν τε κύνεσσιν
ἕσπετο σύν θ' ἑτάροις, ἔθελέν τέ οἱ οἶος ἕπεσθαι.
ἦ μέν κέν μιν πολλὰ πατὴρ μενέαινεν ἐρύκειν,
ἀσχαλόων ἐὸν υἷα φίλον θήρεσσι μάχεσθαι,
καὶ Πριάμοιο βίη μιν ἐρήτυεν· οὐδ' ὅγε θυμῷ
πείθετ' ἐπεὶ οὐ ἐθέλεσκέ ποτ' Εὐφόρβοιο λιπέσθαι·
ῥεῖά γε μὴν ἀέκοντα μέλας ἠρύκακεν ὕδρος,
νέρθεν ὑπὸ κνήμην ὀλεσίμβροτον ἰὸν ἐλάσσας·
τὸν μὲν ἔπειτ' ὀλοὴ νόσος ἔλλαβεν, οὕνεκ' ἔμελλεν
αὖθι λελείψεσθαι, τό ῥά μιν καὶ μᾶλλον ἔτειρεν.

οἰκτείρων δ᾽ ὀρέγοντα χέρας ποτὶ γούνατ᾽ ἐμεῖο,
αὐτοῦ τοῦδε λίθοιο διατρίψαντα κέλευσα
λεπταλέην ἄχνην ἐπιπασσέμεν ἕλκεϊ λυγρῷ·
καί ῥα μάλ᾽ αὐτίκα φῶτα κραταιὴ κάλλιπε νοῦσος.
τοῖον γαῖα βροτοῖσιν ἀρηγόνα τίκτεν ὀρείτην,
ὅς τε καὶ οὐταμένοις ἄκος ἡρώεσσι κομίζει,
καὶ στείρῃσι γυναιξὶ τεκεῖν φίλα τέκνα δίδωσι.
ποικίλα γὰρ θνητοῖσι λίθους ἕρδειν ἀγορεύω.
ὡς καὶ ἑῆς ποτὲ μητρὸς Ἀβαρβαρέης ἐπακούσας,
ἀνδρῶν εὖ μάλα νοῦσον ἐπισταμένης ἀκέσασθαι,
Βουκολίδης Εὔφορβος ἀγαυοῦ φάσκεν ὀφίτου
φάρμακα μὴ μούνων ὄφεων κατένωπα δύνασθαι,
ἀλλὰ καὶ ὀφθαλμοῖσι φέρειν φάος, ἠδὲ βαρεῖαν
ἐκ κεφαλῆς ἕλκειν ὀδύνην· ἤδη δέ τιν᾽ ἀνδρῶν
οὔασι δηθύνοντα καθήρας ὤπασεν αἶψα
καὶ δὴ καὶ λεπτῆς ἐριήχοον ἔμμεν ἀϋτῆς.
ἤδη καί τινα φῶτα χόλῳ χρυσέης Ἀφροδίτης
ἔργα πρὸς ἱμερόεντα γάμων ἀμενηνὸν ἐόντα
μεμνῆσθαι φιλότητος ἀκεσσάμενος προΐαλλεν.
ἐν πυρὶ δ᾽ εἴ κε βάλῃς μιν, ὀδωδὴν ἑρπετὰ τοῖο
φεύξεται, οὐδ᾽ ἔτι πω μενέει σχεδόν, οὐδ᾽ ἐνὶ χειῇ.
Φεύγει καὶ κνίσσῃσι γαγάτην ὀρνυμένῃσι
τείροντα θνητοὺς ἐχεπευκέϊ πάντας ἀϋτμῇ.
χροιὴν δ᾽ αἰθαλόεις, πλατύς, οὐ μέγας ἔπλετ᾽ ἰδέσθαι,
καρφαλέῃ δ᾽ ἴκελον πεύκῃ φλόγα δῖαν ὀρίνει.
ἀλλ᾽ ὀλοὸν ποτὶ ῥῖνας ἄγει μένος· οὐδέ τι φῶτες
λήσονθ᾽, ὧν κ᾽ ἐθέλοις ἱερὴν ἀπὸ νοῦσον ἐλέγξαι.
γνάμπτει γάρ σφεας αἶψα χαμαὶ προπρηνέας ἕλκων·
οἱ δ᾽ ἄρ᾽ ἀπὸ σφετέρου πεπαλαγμένοι ἀφλοισμοῖο
στρωφῶντ᾽ ἔνθα καὶ ἔνθα κυλινδόμενοι κατὰ γαῖαν.
τοῖσι δὲ χωομένη φρένα τέρπεται, ὁππότ᾽ ἴδῃσι
πήματα πάσχοντας κεραὴ πόδας ὠκέα Μήνη.
θηλυτέρη δ᾽ εἴ κεν πολυφάρμακον ἀμφιβεβῶσα

καπνὸν ὑπὸ σπλάγχνοισιν ἀναΐσσοντα δέχηται,
ἀθρόος ἔνδοθεν ὦκα μέλας καταλείβεται ἰχώρ,
ὅς τε γυναικοφόνος νεάτῃ μίμνων ἐνὶ γαστρὶ
κέκληται. τότε δ' αὖτις ὑπὸ πνοιῇσι λίθοιο
δερχομένη γάνυταί τις ἑῆς θολὸν ἐκβλύζοντα
νηδύος· ἐκ γὰρ νοῦσον ἀπειρεσίην ἀλεείνει.
ἄλλα τε πόλλ' ἐπὶ τοῖσι γαγάτην θέσκελα ῥέζειν
οἶδα· σὲ δὲ κνίσσῃσιν ἐλαύνων ἑρπετὰ τέρψει.
Σκορπίε, σεῖο δὲ λᾶαν ὁμώνυμον ἔμμεναι ἥρως
ἀγλαὸς Ὠρίων οὐκ ἔκλυεν· ἦ γὰρ ὀΐω,
πικρῇσιν τότε γυῖα πεπαρμένος ἀμφ' ὀδύνῃσι
μᾶλλον σφωϊτέρων κεν ἔχειν ἐθέλεσκέ μιν ἄστρων.
Οὐδ' ὅγε κορσήεντα λίθον κλύεν, οὕνεκα μιχθεὶς
δριμέϊ σὺν σκορόδοιο καρήατι, τοξευτῆρα
πευκεδανῶν ὤκιστα βελέμνων σκορπίον εἴργει.
τὸν μὲν ἐγὼ κόρσῃ μάλ' ἐοικότα φημὶ βροτείῃ
παύειν ὀξυτάτῳ τετριμμένον ἄμμιγα Βάκχῳ
ἀμφίπολον θανάτοιο κελαινῆς ἀσπίδος ἰόν.
μέτρῳ δ' ὅς κεν ἴσῳ μίξῃ ῥοδόεντος ἐλαίου
κόψας ἐκ πυρὸς ὀπτόν, ἐν αὐχενίαις ὀδύνῃσιν
ἄλκαρ ἄγει· μέλιτος δὲ μετὰ γλυκεροῖο κερασθεὶς
ὕδατος ἀτηρὴν ὀλέκει κατὰ γαστέρος ἰλύν,
ἥτε καταΐγδην ὑπὸ νέρτερα νηδύος ἀνδρῶν
δυομένη φέρει ὄγκον ἀεικέα βουβώνεσσιν.
Ἴσθι δ' ἀμαλδύνειν σκορπήϊα κέντρα δύνασθαι
καὶ Περσηϊάδαο μένος μέγα κουραλίοιο,
ἠδὲ παλαμναίην ἀνεμώλιον ἀσπίδα θεῖναι.
τοῦδε δέ μοι πάντων περιώσιον, ὅσσα φύονται
Φοῖβος ἀκειρεκόμης φύσιν ἔμμεναι ἐξ ἑτέροιο
μυθεῖτ' εἰς ἕτερον στρωφωμένου εἶδος· ὅ τίς τοι
ψεῦδός κεν φαίη· τὸ δ' ἐτήτυμον οἶδα τετύχθαι.
χλωρὴ γὰρ βοτάνη πρῶτον φύει· οὐδ' ἐνὶ γαίῃ,
ἥν γε φυτῶν ἴσμεν στερεὴν τροφόν, ἀλλ' ἐνὶ πόντῳ

ἀτρυγέτῳ, ἵνα φῦκι', ἵνα βρύα γίνετ' ἐλαφρά.
αὐτὰρ ἐπεί κ' ἔλθῃσι μαραινομένη ποτὶ γῆρας,
ἤτοι μέν οἱ φύλλα περιφθινύθουσιν ὑφ' ἅλμης·
1 *μὲν θέσιν* B — 2 *μελ* *καὶ* charta lacera B, *μελανόχρους καὶ* coni. Tyrwh.; *παντόθεν* V.; *καὶ πάντοθεν* B. — 5 *τὸν ἄνυδρον* V; *ἰοβόλον* V. — 8 *ἑαυτόν* om. V; recte, puto, modo *καθαριεύοντα* scribas. — 9 *ἀπονίπτων* B; corr. Tyrwh. — 9. 10 *περιελίττων* B; corr. Tyrwh. — 11 *νεογνοῦς* V; *πυνθανόμενος* V. — 11 *ἀποκρίνεται* B. — 14 *ἡμεῖς* — 16 *βαδιούμεθα* om. B. — 16 *φησί* B. — 17 *τὰς* ante *τῶν* om. B. — 19 *παμπληθεῖ* V, *παμπληθί* B. — 19 *ἀφορμῶσιν* V. — 20. 21 *τὸν λίθον τοῦτον φοροῦντα* B. — 21 *ταῦτα* pro *αὐτά* B. — 25 *πήσεται* B; *ἐφερόμενος* B.

τοίοις, εἴτε ἀπὸ ξιφῶν εἴτε καὶ ἀπὸ ἑτέρων τινῶν αἰτιῶν, ἀλεξιφάρμακον γίνεται· καὶ στείραις δὲ γυναιξὶ περιδεσμούμενον εὐτοκίαν φασὶ παρέχειν.

Λίθος γαγάτης. τὸ αὐτὸ καὶ τοῦτόν φασι δύνασθαι, καπνιζομένου φεύγειν αὐτοῦ τὴν πνοὴν τὰ ἰοβόλα πάντα. ἐστὶ δὲ τὴν μὲν χροιὰν αἰθαλώδης ὡς τέφρα, τὴν δὲ θέαν οὐ μέγας, ἀλλὰ πλατύς. ἀνάπτεται δὲ ταχέως ὥσπερ ἡ πεύκη καὶ βαρεῖαν ἀποπέμπει πνοὴν ὡσπερεὶ ἀσφάλτου, καὶ διακριτικὸν δέ φασιν αὐτὸν τῆς ἱερᾶς νόσου. τούτους γὰρ ὀσφραινομένους αὐτοῦ καὶ μὴ φέροντας κατὰ γῆς εὐθὺς πίπτειν, καὶ γυναῖκας δὲ νόσους κρυφίους ἰᾶσθαι θυμιωμένου δεχομένας αὐτοῦ τὴν πνοὴν καὶ τοὺς πονηροὺς ἰχῶρας τοὺς ἔσωθεν τῶν σπλάγχνων αὐτῶν ἐκχεούσας· ἑρπετὰ δὲ ὁμοίως τοῖς πρὸ αὐτοῦ διώκειν καὶ ἄλλα τινὰ θαυμαστὰ τοῦτον ἐργάζεσθαι. γεννᾶται δὲ ἐν Λυκίᾳ κατὰ τὴν πρὸς θάλασσαν εἰσβολὴν ποταμοῦ τοῦ λεγομένου Γάγαν.

Λίθος ὁμώνυμος τῷ ἑρπετῷ *σκορπίος*· ὅςτις κατὰ σκορπίων ἔχει, φασί, τὴν δύναμιν.

Λίθος ὁ λεγόμενος χορσίτης. ὠνόμασται δὲ οὕτως ἀπὸ τοῦ χόρσῃ τουτέστιν ἀνθρωπείᾳ κεφαλῇ ἐοικέναι. τοῦτον δέ φασι τριβόμενον μετὰ σκορόδου καὶ πινόμενον ἀλεξιφάρμακον

3 φασὶ om. V. — 4 sqq. Deest in B integra descriptio gagatae, scorpii et corsitae. — 4. 5 καπνιζόμενον V. — 6 θέσιν V. Confer quae Saracenus inter Notha Dioscoridis habet de Gagate: φασὶ δὲ καὶ διακριτικὸν εἶναι τῆς ἱερᾶς νόσου. τούτου γὰρ ὀσφραινομένου ἐν ἀκμῇ φέροντας κατὰ γῆς πίπτειν. καὶ γυναικῶν δὲ νόσους κρυφίους ἰᾶσθαι θυμιώμενον δεχομένων αὐτοῦ τὴν πνοήν, unde γυναικῶν, δεχομένων, ἐκχεουσῶν infra scribendum esse fortasse coniciet aliquis. — 9 τούτους] an τοὺς scribendum? post φέροντας excidisse puto τὴν πνοὴν αὐτοῦ vel simile quid. — 10 πίπτει V; γυναίκες V, γυναῖκες C, qui supra recte πίπτειν exhibet; correxi. ἰῶνται δεχομένας θυμιωμένας καὶ τοὺς πονηροὺς ἰχῶρας ἐκχεομένων C. — 12 ἐκρεούσας V, quod correxi viam monstrante C. — 13 διώκει cod. — 14. 15 e Dioscoride addita sunt, cfr. Diosc. de mat. med. V p. 413 ed. Kühn.: Γεννᾶται δὲ ἐν Λυκίᾳ κατά τινα ποταμοῦ εἴσρυσιν εἰς θάλασσαν ἐκχεομένου· ἔστι δὲ πλησίον τῆς λεγομένης Παλαιοπόλεως· καλεῖται δὲ ὁ τόπος καὶ ὁ ποταμὸς Γάγας, παρ' οὗ τῷ στόματι εὑρίσκονται οὗτοι οἱ λίθοι. — 16 17 De scorpio haec C: λίθος ὁμώνυμος τοῦ σκορπίου· ὅστις καὶ τὸ σκορπίου ἔχειν φασι τὴν δύναμιν. — 20 σκορώδου V.

τῶν ὑπὸ σκορπίου δηγμάτων γίνεσθαι καὶ μετὰ ῥοδίνου δὲ ἐλαίου χριόμενον τὰς περιαυχενίους ὀδύνας παύειν, καὶ μετὰ μέλιτος κιρνάμενον καὶ πινόμενον καθαρτήριον γαστρὸς γίνεσθαι καὶ ὑδέρους δὲ κενοῦν καὶ βουβῶνας ἰᾶσθαι.

Λίθος κοράλιος. καὶ τοῦτόν φασι πρὸς ἀσπίδας μάλιστα καὶ πρὸς ἀσπίδων δήγματα χρησιμώτατον καὶ ἀποτρόπαιον εἶναι. θαυμάσιον δὲ οἷον ἱστοροῦσι περὶ αὐτοῦ· ἐκ γὰρ ἑτέρου εἴδους πρὸς ἕτερον μεταφέρεσθαι. χλωρὴν μὲν γὰρ πρῶτον βοτάνην φύεσθαι καὶ οὐδὲ ἐν τῇ χέρσῳ, ἀλλ' ἐν τῇ θαλάσσῃ, καθὰ καὶ τὰ βρύα. πρὸς δὲ τὸ γῆρας ἥκουσαν καὶ μαραινομένην τὰ μὲν φύλλα περιμαραίνεσθαί τε καὶ καταρρεῖν· αὐτὴν δὲ ἐν τοῖς βάθεσι νήχεσθαι ἐλαφρήν, μέχρις ἂν πρὸς τὴν χέρσον ὑπὸ τῶν κυμάτων ἀποπτυσθῇ. ἐπὰν δὲ καὶ τοῦ καθ' ἡμᾶς ἀέρος ἀναπλησθῇ, ξηραίνεσθαι καὶ στερεοῦσθαι μᾶλλον· ἐγχρονίζουσαν δὲ πλέον ἀποπετροῦσθαι καὶ ταῖς χερσὶ τριβομένην τελείως λίθον εὑρίσκεσθαι· τὸ δὲ σχῆμα φυλάττειν τὸ ἐξ ἀρχῆς, οἷον ὅτε ἦν βοτάνη, τῶν τε κλάδων καὶ τοῦ φλοιοῦ, καὶ εἶναι καθαπερεὶ θάμνον ἢ καὶ δενδρύφιον λίθινον ἀκριβῶς, ὥστε καὶ τέρψιν ἔχειν τοῖς θεωμένοις οὐκ ἄχαριν. λέγουσι δὲ αὐτῷ καὶ ἑτέρας τινὰς ἐνεῖναι θείας δυνάμεις· ἔκ τε γὰρ πολεμίων καὶ μάχης ἀβλαβῆ τὸν φοροῦντα διαφυλάττεσθαι καὶ μακρὰν δέ τινι καὶ ἔρημον στελλομένῳ πορείαν, καὶ φυλακτήριον εἶναι καὶ παντὸς κακοῦ ἀποτρό-

5 A coralii descriptione incipit libellus noster in A; priorem libelli partem in codice pessime ligato invenire non potui. — 5 *ἀσπίδα* A. — 6 *καὶ τοῖς αὐτῶν δήγμασιν* A, qui sequens *χρησιμώτατον* omittit. — 7 *οἷον* scripsi, *οἷον* B V, *τι* A. — 7 *τούτου* A. — 8 *γὰρ* om. B; — 9 *φαίνεσθαι* B; *οὐκ* A; *ἀλλ' ἐν ταῖς θαλασσαίοις* A. — 10 *γὰρ* pro *τὸ γῆρας* A; *μαραινομένης* A. — 11 *τε* om. A B; *καταβαλεῖν* V; *αὐτὰ* B; *ἐν* om. A. — 13 *ὅταν δὲ* B. — 14 *ἐγχρονίζων* A. — 15 *πλ. ἀπευρόμενος καὶ ἐν ταῖς χ. τριβόμενος* B; *τελεῖ ὡς* B. — 16 *φυλάττει* V; *οἷον ὅτι καὶ ἦν* A. — 17 *τῶνδε κλ.* A; *τὸν τε κλάδον* B. — 18 *δενδρύφιον* scripsi; *δενδρίλιον* V, *δενδρυδιον* (sic) B, *δενδρίον* A; *λίθινον* om. B. — 18. 19 *τοῖς θεωμένοις* om. B; *ἄχαρι* V. — 19 *αὐτόν* V. — 21—22 *καὶ μακράν — εἶναι* om. A. — 21 *μακράν τινα καὶ* B, fort. recte. — 21. 22 *στελλόμενος* B. — 22 *καὶ* post *πορ.* om. B; *εἶναι* om. B.

παιον, καὶ κινδύνους δὲ διαδιδράσκειν λῃστῶν. [ἐὰν δὲ ἐν τοῖς πολέμοις καὶ ταῖς μάχαις ἐπὶ χεῖρας τοῦτον κρατῇς, ἔσται φυλακτήριον ἀνίκητον καὶ ἐπιτευκτικὸν καὶ καταπληκτικὸν ἄφοβον. ἐκλήθη δὲ οὗτος καὶ ὑπό τινων γοργόνιος, διὸ εἰς αὐτὸν εἰσχαράσσουσι γοργόνα καὶ κατακλείουσιν ἐν χρυσῷ ἢ ἀργύρῳ· καὶ τελεσθείς ἐστι μέγιστον φυλακτήριον πρὸς πάντα φόβον καὶ ἐπήρειαν πονηρῶν ἀνθρώπων καὶ μάλιστα ἐν ταῖς ὁδοιπορίαις πρὸς ἐφόδους πονηρῶν καὶ πρὸς ἑρπετὰ παντοῖα· ἔστι γὰρ ὁ λίθος Ἑρμοῦ. ποιεῖ δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ὀνείρων καὶ φαντάσματα ἀπωθεῖται τῇ ἰδίᾳ ἀντιπαθείᾳ· μέγιστον δὲ φυλακτήριον καὶ πρὸς ὀργὴν δεσπότου γλυφέντος ἐν αὐτῷ ζῳδίου Ἑκάτης ἢ Γοργόνος προτομῆς. ὁ φορῶν δὲ αὐτὸν οὐδέποτε ὑπὸ φαρμάκων ἁλώσεται, οὔτε ὑπὸ κεραυνοῦ ἢ ἀστέρος πληγήσεται ἢ πονηροῦ δαίμονος. ἄλυπον δὲ ποιεῖ τὸν φοροῦντα αὐτόν, ἀλλὰ καὶ μιασμάτων πάντων καὶ καταδέσμων καθαρτήριον ὑπάρχει· ἐν οἴκῳ τε ὢν ὁ λίθος δαιμόνων καὶ φαντασμάτων καὶ κεραυνῶν ποιεῖται δίωξιν.] ἀλλὰ καὶ τοῖς πλέουσι σωτήριον εἶναι [ἐὰν δὲ ἐν πλοίῳ αὐτὸν

1 δὲ post κινδ. om A; κίνδυνον B; διαδιδράσκει V; ἐν ταῖς V. — 3 ante ἄφοβον excidisse videtur καί. — vv. 1 — 16 ἐὰν δὲ usque ad δίωξιν om. A B. Locum e Damigerone sumptum ab interpolatore in V additum esse orationis tenor interruptus docet. Expulso enim alieno additamento φυλακτήριον εἶναι (p. 148, 22) ... διαδιδράσκειν (p. 149, 1) optime cohaeret cum σωτήριον εἶναι (p. 149, 17). — 16 post δίωξιν haec add. V: πινόμενον δὲ μετὰ οἴνου ἀκράτου μάλιστα προφυλακτικὸν παντοίων φαρμάκων γίνεσθαι καὶ σπλῆνα μὲν τήκειν σὺν ὕδατι πινόμενον καὶ πρὸς ἀναγωγὰς αἵματος ἐνεργεῖν. ἀναπληροῖ δὲ καὶ σαρκῶν κοιλώματα, quae in V codicis archetypo infra ex iusto loco, quo in reliquis codicibus leguntur, excidisse et in margine suppleta esse videntur, unde V codicis scriba alieno loco in textum receperit. — 9 φαντασμάτων ἀποθεῖται V, quod correxi. — 17— p. 150, 2 ἐὰν δὲ — ἄριστον in solo V interpolatum est, neque aliter p. 150, 3 ἀντιπάσχει usque ad p. 150, 4 παντοίαις. Sumpta haec sunt ex Astrampsychi libello ὅσοι τῶν λίθων εἰς ἀνακωχὴν ζάλης καὶ τρικυμίας θαλάσσης, edito ab J. B. Pitra (Spic. Solesm. III p. 393) et ab Hermanno Graffio (Mélanges Gréco-Rom. 1859 p. 552—553), ubi haec de corallio leguntur: Κουράλλιος σὺν δέρματι φώκης εἰς τὸ χαλκήσιον (sic codd., χαλχήσιον Pitra, καρχήσιον Graff) περιαπτόμενος ἀντιπάσχει ἀνέμοις καὶ κλύδωσι καὶ ἀκαταστασίαις παντοίαις (παντοίων habet Pitrae editio) ὑδάτων.

ἐμβαλών τις αὐτὸν ἐπ' ὀλίγον εἶτα καὶ ἀνασχόμενος εὑρήσει πάντα ῥᾳδίως τηκόμενα.

Λίθος ὁ αἱματίτης, ἀπ' αὐτῆς τῆς χροιᾶς οὕτως ὠνομασμένος· αἱματώδης γάρ ἐστι τὴν μορφήν. ἀλλὰ καὶ τριβεὶς καὶ εἰς ὕδωρ ἐμβληθεὶς αἱματῶδες ὅλον κἀκεῖνο τίθησι. τοῦτον εἰς πᾶσαν ὀφθαλμίαν ὠφελιμώτατον εἶναι λέγουσι κερασθέντα μετὰ μέλιτος εἴτε γάλακτος· ἀλλὰ καὶ τῇ χειρὶ κρατούμενον ἢ φορούμενον ἐπὶ τοῖς ἐν δικαστηρίοις ἀγῶσι πρὸς νίκην μέγα συμβάλλεσθαι καὶ μετὰ ὕδατος πινόμενον κατὰ τῶν ἰοβόλων πάντων ἀντιφάρμακον προφυλακτικὸν γίνεσθαι καὶ ἡδὺν καὶ χαρίεντα· καὶ πᾶσι φίλον τὸν φορροῦντα τοῦτον ἐργάζεσθαι.

Λίθος ὁ λιπαραῖος, ὅντινα καὶ λέγουσιν ἐν Ἀσσυρίᾳ γίνεσθαι κἀκεῖθέν ποτε παρὰ Μέμνονος εἰς Τροίαν κομισθῆναι καὶ τῷ Πριάμῳ τῷ βασιλεῖ τῶν Τρώων ὡς μέγα τι δῶρον προσενεχθῆναι. τοῦτον δέ φασι καὶ τοὺς ἐν Αἰγύπτῳ καὶ Βαβυλῶνι μάγους περὶ πολλοῦ τίθεσθαι· πολλὰ γὰρ αὐτοῖς πρὸς τὰς ἐπῳδὰς αὐτῶν καὶ γοητείας συμβάλλεσθαι. καθημεροῦν δὲ διὰ τούτου καὶ ὄφεις καὶ δράκοντας· ἀλλὰ καὶ πίνοντας ἐκ τούτου τοῦ λίθου μαντικοὺς γίνεσθαι καὶ ὀρνεοσκόπους, καὶ ἁπλῶς ὥσπερ ὀργάνῳ τῷ τοιούτῳ χρῆσθαι πρὸς πᾶσαν αὐτῶν τῆς τέχνης δύναμιν.

Λίθος νευρίτης. ὠνόμασται δὲ οὕτως ἀπὸ τοῦ ταῖς παλαιαῖς

μάτων sequuntur quae ab epitomatore de haematitae viribus narrantur ab *καὶ μετὰ ὕδατος* usque ad *ἐργάζεται* (sic), tunc vero omissa liparaei et nebritae descriptione quaedam e Damigerone fortasse magnam partem excerpta de lapidibus, ex quorum numero hos notavi: *λίθος σμάραγδος, γὰρ δόνυξ* (sic), *ὀνυχίτης ἕτερος, χρυσόλιθος, ὀπάλλιος, δενδραχάτης, ἰασπαχάτης, σαρδαχάτης, πολύζωνος, πάγχρους, σμυρνίτης, χελιδόνιος, ἱερακίτης, δρακοντίτης, ἀσπαλακίτης, φρυνίτης, ὑαινίτης.*

4 *αἱματώδη* A. — 5 *ὅλον ποιεῖ* A omisso *κἀκεῖνο τίθησι*. — 7 *ἢ* pro *εἴτε* A. — 7 *κρατούμενος ἢ φορούμενος* A. — 8 *ἐπὶ τοὺς ἐν δικ. ἀπιόντας* A. — 9 *μεθ' ὕδατος πινόμενος* A. — 11 *πᾶσιν* codd.; *τὸν φοροῦντα τὸν τοιοῦτον λίθον ἐργάζεται* A. — 12 *ἀσυρία* codd. — 14 *τῷ* ante *βασ.* om. A. — 15 *καὶ* ante *τούς* om. A; *τοὺς ... μάγους* ex *τοῖς μάγοις* A. — 16 *π. πολλῖ* V; *αὐτοῖς* om. V; *τὰς ἑαυτῶν ἐπ.* A, *τὰς ἐπ. ἑαυτοῖς* V. — 17 *συμβάλεσθαι* A, *συμμάχεσθαι* V contra usum auctoris. — 18 *ἀλλὰ* om. A.

βάκχαις ταῖς τὰς νεβρίδας φορούσαις καὶ θεραπαίναις καὶ ἀκολούθοις τοῦ Διονύσου ἐπιτήδειον εἶναι καὶ πρὸς μαντείας αὐταῖς συμβάλλεσθαι. λέγουσι δὲ καὶ παυσίπονον αὐτὸν εἶναι τὰς ὀδύνας παντοίων ὄφεων ἐξιώμενον, τιθέναι δὲ καὶ τῇ γυναικὶ τὸν ἄνδρα φίλτατον καὶ ἐπιθυμητὸν καὶ ἀσπίδων δὲ ἀποτρεπτικὸν γίνεσθαι. τούτου δὲ τὴν χροιὰν ὁμοίαν εἶναι πράσῳ, χλωρῷ.

Λίθος ὁ χαλαζίτης. καὶ τούτου δὲ τὴν δύναμιν ἀρίστην εἶναι λέγουσιν ὡς καὶ πυρετῶν ἀποτρεπτικὴν καὶ σκορπιοδήκτοις ἰατικὴν καὶ μαντικὴν δὲ φανεροῦσαν τὰ μέλλοντα τῷ φοροῦντι.

1 *νευρίδας* codd. fort. recte. — 1 *ἀκολ. κ. θεραπ.* A. — 2 *διονυσσίου* V. — 3 *συμμάχεσθαι* V, *συμβάλεσθαι* A; *αὐτοῖς* codd. — 3 *πασίπονον εἶναι αὐτόν* A. — 4 *ἀξιώμενον* V; *τιθέναι. ποιεῖ δὲ καὶ* A; *ἄνδρας* vel *ἄνδραν* V. — 8. 9 *ἰατρικήν* A. — 9 *μαντ. καὶ φαν. τὰ μ.* A. Sequitur in V opusculum in fine mutilum, *Σωκράτους καὶ Διονυσίου περὶ λίθων*, ineditum, ut videtur, nec luce indignum, cum plura e Damigeronis libello transsumpta contineat. Specimen ex eo dedi ad Lith. v. 635. Describuntur in eo: *σμάραγδος*, *ὑάκινθος*, *σπάνιος*, *χαλκηδόνιος*, *βαβυλώνιος* (alias *σάρδιος*), *σαρδώνυξ*, *ὀνυχίτης* (cuius quinque genera enumerantur), *χρυσόλιθος* (qui est *ὑγρός*, *διαυγῆς*, *διαφαῆς*, *χρυσίζων*, *διαφανῆς*), *ὀπάλλιος*, *ἀχάτης* et *ἀνταχάτης*. Reliqua in codice mutilo nunc desiderantur. Simile opus sine titulo extare videtur in A, in quo post epitomam nostram sequuntur collectanea de pluribus lapidibus, quorum haec tantum nomina exscripsi: *σμάραγδος*, *βαβυλώνιος* (alias *σάρδιος*, quem praesertim *ἐν τῷ παλατίῳ* gestant), *τοπάζιος*, *σαρδῶνυξ*, *ὀνυχίτης*, *ὀνυχίτης ἕτερος*, *περιλεύκιος*. Smaragdi descriptionem ex hoc codice excerptam infra dabo ad Damigeronem.



DAMIGERON DE LAPIDIBUS.

Liber Damigeronis de Lapidibus ab Ioanne Baptista Pitra, viro clarissimo et de hoc auctore immortaliter merito, in Spicilegii Solesmensis volumine tertio (Parisiis 1855. p. 324 sqq.) ex unico codice Parisino nr. 7418 membranaceo saeculi quarti decimi (fol. 116a—123b) primum editus est, sed parum accurate, ut Pitra ipse his verbis confitetur: »Omnia tamen omnino describere piguit aliquando, aliquando puduit; pauca vero non tam missa, quam euphemismis commutata fecimus, quae pudicis auribus ingratiora accidissent: Utcumque ferent ea fata minores, verbis enim utimur et exemplis cl. A. Maii saepe similia tractantis.« — Parisini codicis integram collationem notis inserui, cum ex eo fere solo opusculum nostrum pendeat. Lectiones, quibus sic adscripsi in Pitrae editione typothetarum puto errore minus accurate indicatae sunt; *C* littera notavi codicis lectiones a Pitra quoque commemoratas, *c* autem littera eas, quas Pitra tacite mutaverat; *p* editionis a Pitra curatae textum significat. Nonnulla ex nostro libello excerpta leguntur margini codicis Parisini nr. 8454 Marbodi lapidarium continentis addita, unde maximam partem a Pitra descripta et edita sunt. Similia excerpta in margine codicis Haeneliani extare testis est Val. Rose in Herma IX p. 472. Praeter haec excerpta ad corruptissimum opusculum corrigendum usus sum lapidario Marbodi Redonensis a me diligentius, quam antehac factum est, excusso, fragmentis Damigeronis graeci a me primum vulgatis, et Pseudo-Dioscoride, quorum auctorum cum nostro opusculo necessitas statim fusius illustrabitur. Maximum autem egregiarum emendationum numerum amici in talibus

Damigerone latino, qualem nunc habemus, primus, ut videtur, usus est Marbodus Redonensis episcopus (obiit a. 1123) cuius de lapidibus poema, in quo quae de gemmarum virtutibus dicta sunt ex solo fere Damigerone hausta sunt, per totum medium aevum maxima auctoritate fruebatur.

Praeterea in libro nono Speculi Naturalis a Vincentio Bellovacensi (obiit a. 1264) ex plurimis auctoribus congesti multa Dyascoridis cuiusdam prorsus ignoti de lapidibus leguntur, quae quin magnam partem ex Damigerone latino hausta sint, nemo dubitabit, qui quae cum Damigerone ad verbum paene consentientia in notis ex eo attuli paullo diligentius inspexerit. Ex eodem Dyascoride iam ante Vincentium brevissima excerpta Arnoldus Saxo circa annum 1220 in octavo operis »De virtute universali« capite attulit, quae tamen omnia ut brevissima et nihil ad emendandum vel illustrandum Damigeronem exhibentia notis inserere nolui; accuratius in eorum fontes inquisivit Val. Rose l. l. p. 481. Denique Rabano Mauro et Iano Parrhasio quoque Damigeronis opusculum innotuisse Pitra affirmat pag. 324 et p. LIX, ubi tamen non nisi Parrhasii testimonium affertur ex Thes. Crit. I. p. 740, quod opus videre mihi nondum contigit. De Rabano autem nullum omnino argumentum Pitra protulisse videtur.

Incipit liber Damigeronis peritissimi de lapidibus. Item epistola.

Desideranti tibi scribi mysteria omnium lapidum, quanta generi humano sua sapientia prodesse videantur, denegatum tibi non fuit. Tu itaque custodies summa diligentia mysterium summi altissimi dei. Hoc enim mysterium ceteris Aegyptiis litteratis, nec allophylis non tradideris, aliive cuiquam, ne ad sterilitatem huius scientiae deveniat Aegyptus, et ne eadem per aliquem incendio concremata conflagraretur, et nec immissis talibus in Aegyptum perseveros omnibus efficiat Aegyptiis dominantes. Hic aliis traditus non est, nec alii eum in

1 amigeronis *C*; Item epistola *om. p*, qui etiam priorem epistolam, (altera ab Evax Arabiae rex incipit) totam omisit. Quae epistolae cum in nulla Marbodi editione, quae mihi ad manus sunt, reperiantur, in iis recensendis usus sum praeter laudatum codicem Parisinum (meum *c*) quem ubicumque potui secutus sum, codice Musei Nationalis Hungarici 58 membr. saec. XIII (meo *m*). — 3 sribere *c*, scribi a me *m*; mȳsteria *c*, misteria *m*; omnium de lapidibus quam gen. *c*; — 4 sua *om. m.*; sapienti eam *m*; videant *c*; unde post vid. add. *c*; negandus *m*; — 5 utique *m*; custodi *m*, an custodias scribendum?; — cust. sensum ea diligentius *c*; misterium *m*; — 6 altissimique *m*; misterium *cm*, correxi; — egyptus *c*, egiptiis *m*. — 7 licteratis *c*; neque *m*; non *om. m*; 7. 8 trad. umquam scilicet nec sterilitatem. egyptus deveniat *c*. — 8 egiptus *m*; — 8. 9 et nec in eadem pro vero aut incendium concr. confl. *c*; incendio concremata *m* ante corr., ordinem verborum immutavit m. pr.; conflagratur *m*; et nec] aut *m*, fort. recte. — 9. 10 imm. in egiptum regibus severos *m*. — 10 talibus ego, ut sit de Evacis doctrina dictum, telibus *c*, regibus *m*; in egypto *c*: perseveros ego, perseverans *c*, severos *m*; efficiat onis *m*, omnibus effigya *c*. — 10 11 egyptios *c*, egiptiis *m*; — 11 hoc *c*, hic enim al. *m*; nec aliis *c*; eum *om. m*.

sua potestate habuerunt per tuamque custodiam habeant. Iuro tibi per summum parentem deum, quod meliorem librum Aegyptus huius non habet; cuius iurationis testis est summus deus. Mittam enim tibi bonum solis nomen, per quod bonum genus nascatur. Igitur perpetualiter custodiatur a vobis; praestat enim multum in omnibus actionibus per singulas ierarchias, quas Graeci vocant, omnium lapidum.

Evax Arabiae rex Tiberio Imperatori salutem.

Magnifica dona tua accepi per centurionem Lucinium Frontonem, quae dignatus es mittere ad me. Nam et ego tibi invicem misi quodcumque per terram de omnibus lapidibus remediorum.

Incipit de lapidibus et eorum generibus.

Lapides ad septem signa pertinent; subditi etiam et septem lapides, quos ad curam homines in phylacteriis habere deberent; sunt enim sani et potentes. Lapis primus, qui dicitur chrysolithus, leonis. Lapis secundus, qui dicitur astroselinus, cancri. Lapis tertius, qui dicitur haematites, arietis. Lapis quartus, qui dicitur ceraunius, sagittarii. Lapis quintus, qui dicitur demos, tauri. Lapis sextus, qui dicitur ara-

1 detineant *m*, non habuerunt *c*; perpetuaque custodia *m*; — 2 iuro autem tibi *m*; p. s. deum patrem *m*; quia *m*; huius *om.* *m*; — 3 egyptus *c*, egiptus *m*; — 4 enim] ergo *m*; quod] quam *c*; bonum *om.* *m.* — 5 nascatur ego, nascuntur *c*, noscetur *m*; perpetua ea tclitur (m) custod. *c*; in nobis *m*; — 6 prestet *c*; — 6. 7 per singula ieratica quas *c*, terarchias *m*: — 8 rex Arabie *m*; tyberio *m*; ceturionem *c*; lucentum *c*; frotonem *c*; front. nomine quem d., *m*, fort. recte; nam *om.* *m.* — 11 nisi *c*; quodc. carius per terram in orientis partibus de omnibus lapidibus remediorum nomen crescit. *m.* — vv. 13 — p. 162, 4 utpote interpolatos minoribus litteris excudendos curavit Pitra. — 14 lapidem *p*, errore; — pertinentes *c*; — 15 qui *c*; homines *c*, hominis *p*; in *om.* *c.*; philacteriis *c.* — 16 debent *p*; — 17 chrisolitus *c*; — 17. 18 asroselinus cancris *c*; — 18 tercius *c*; — 18 haematites scripsi, ematintis *c*, aemathites *p*; — 19 Keraunius *cp*, sed cfr. p. 173, 8, 9, 15. — 20 demos] »ignotus plane« nota Pitrae.

bicus, virginis. Lapis septimus, qui dicitur ostracitis, capricornii. Hi quaerendi tibi erunt, ut habeas per omne tempus vitae tuae in custodiam divinam, et sanus eris et securus semper.

Incipiunt indicia valitudinis de lapidibus et eorum virtutibus Damigeronis doctissimi.

I. Lapis Aëtites.

Aëtites vero lapis maximum naturae tutamentum; donavit deus hunc primum lapidem hominibus munimentum gratia salutis. Quemque aquila apportans eum in nidum suum ab extremis partibus orbis terrarum custodiendorum ovorum suorum causa .... Aëtites est lapis colore puniceo, visu asperrimo; et habet infra se alterum lapidem, veluti praegnans. Utilis est mulieribus praegnantibus: circumligatus enim brachio sinistro non permittit feminam aborsum

1 ostracitis scripsi ex Plin. 37, 155, ostrachitis *c p*. — 1. 2 capricorni *c*. — 2 his *c*; — 3 in *om. p*; — 5. 6 titulum, in quo amigeronis habet *C*, in notas relegavit Pitra; — 7 ethiten *c*; — 8 ethiten *C*; lapis non lapidem quod Pitra ex eo profert, *C*. — 10 queque *c*. — 11 ob horum suorum *C*; — 11 in *c* nulla lacunae signa; [traducit] (sic) supplevit *p*; — ethiten *c*; pumiceo *c*; — 13 asperimo *c*; intra *c*, probante Ringio, cum infra et intra in vulgari lingua idem significaverint; intra *p*. Ad haec et sequentia cfr. quae Val. Rose in Herma IX p. 481 482 citavit ex Aetio II 32: *Ἐκ τοῦ περὶ λίθων Δημοσθένους* [Hoc lemma addidit Rose ex codd.]. *Λίθος ἀετίτης. ὁ ἐν τῷ κινεῖσθαι ἦχον ἀποτελῶν, ὡς ἑτέρου ἐγκύμων λίθου ὑπάρχων. κατόχιον ἐμβρύων ἐστὶν ὅταν ὀλισθηραὶ ὦσιν αἱ μῆτραι περιαπτόμενος βραχίονι ἀριστερῷ. ἐν δὲ τῷ καιρῷ τῆς ἀποτέξεως ἆρας ἐκ τοῦ βραχίονος, περίαπτε τῷ μηρῷ, καὶ ἐκτὸς ὀδυνῶν τέξεται. ἔστι δὲ καὶ κλεπτέλεγχον, εἰ ἐπιθείη τις αὐτὸν εἰς τὸν προφερόμενον ἄρτον. ὁ γὰρ κλέψας οὐκ ἂν δυνηθείη καταπιεῖν τὰ μασηθέντα. φασὶ δὲ ὅτι καὶ συνεψούμενος ὁ ἀετίτης τοῖς ἐδέσμασι κλεπτέλεγχον γίνεται. οὐ γὰρ δυνήσεται ὁ κλέψας καταπιεῖν τὰ σὺν αὐτῷ ἑψούμενα. λειωθεὶς δὲ καὶ ἀναλαμβανόμενος κηρωτῇ σκεδασθείσῃ διὰ κυπρίνου ἐλαίου ἢ γλευκίνου ἤ τινος ἑτέρου τῶν θερμαινόντων ὀνίνησι μεγάλως τοὺς ἀρθριτικοὺς καὶ παραλυτικούς.* — 15 bracchio *c*; — abortum *p*, aborsum *c*, quod retinui, cum eodem vocabulo usus sit auctor libri de natura rerum [Thomas Brabantinus] ubi de eodem aetite lapide Marbodum secutus disserit (ap. Vincent. Bellov. l. l. cap. LXXII): »Efficacissime pregnantes iuvat: ne aborsum faciant vel in partu graviter laborent, in levo lacerto portari vult.«

facere. Est autem idem ad velocitatem partus aptissimus. Nam periclitante muliere introductus et tritus et super lumbaginem eius positus, continuo partu liberabitur. Praeterea conservabit gerentem se, sobrium enim efficiet atque omnia superantem; rebus familiaribus augebit, et opinionem bonam diffamabit, et gratiosissimus erit. Qui hunc lapidem gerit, erit introitu facillimus omnibus, deo et hominibus. Amplius infantes puellasque conservat. Iste lapis a Castore et Polluce .... Lymphaticisque et terroribus nefandis efficit, ut nec visum somnientur, nec frequenter cadant. Si quem suspicaveris esse venenarium in domo tua, mitte hunc lapidem in pulmentario, et invita suspectum ad cenam; tunc si talis fuerit ille, nihil manducabit, et si ausus fuerit devorare, non poterit: tantam potentiam habet iste lapis. Quem si sustuleris ex pulmentario, incipiet ille maleficus manducare et iocundare. Iras quoque potentium summe delinit gestatus. Hic lapis est genus tutamenti; hoc medicamentoque utitur aquila, ne quae fraus attingat. Hunc enim lapidem a perenni flumine aquila apposuit corporibus sui nidi, ne violentur ab aliqua volucre; nam qui progeniem conservaret, munitorem instituit. Qui hunc lapidem gerit, omnes gentes inviolatus evadit, et adversarios suos male mulctatos exsuperat.

2 pro introductus, quod sensu apto hic caret, aliud vocabulum reponendum esse videtur, quod graecum ἄρας ἐκ τοῦ βραχίονος exprimat, v. gr. deductus. — 3 partus *C*; — 5 oppinionem *c*; — 6 diffamavit *c*; — 7 introitum *C*; — 8 lacunam, cuius nullum in *C* vestigium, [inventus est] verbis explevit *p*, collato Marbodo: »Quem gemini Pollux Castorque tulisse feruntur«, vix recte; — 9 limph. *c*; — 11 mitte *c*; — 12 coenam *p*; — 16 iucundare *p*; — 19 generis tutamentum Ring, collato v. 20 »nam qui progeniem conservaret«, genus tutamenti *C*, egenis tutamentum coni. Pitra, qui totum locum depravatum esse iudicat, cum sequentia inde a ne quae usque ad aquila (v. 20) in codicis margine scripta sint. — medicamentoque *c* (non medicamento quod, ut Pitra affert), que *om. p*. — 18 perhenni *c*; — 19 aliqua *C*; posuit *c*; nisi ante sui deletum est in *c*. — 20 nam qui] utque *p*; — 22 mulcatus (sic) *c*. Ex nostro quoque hausit Arnoldus Saxo »in lapidario« cap. 30 (ed. Rose): »Eliotropia gemma est viridis. similis est smaragdo, cum sanguineis guttis. hunc mittit Ethiopia et Cyprus et India [Lege: Libya ex Damig. et Plin.]

II. Lapis Heliotropius.

Heliotropius lapis nascitur in Aethiopia et Cypro et Libya. Est autem colore smaragdino, sanguinis habens venas. Appellatur autem Heliotropius eo quod vertit solem. Missus enim in pelvem argenteam aqua plenam et positam contra solem, vertit eum et facit quasi sanguineum et obscurum. Consecratus enim videbis divinam potentiam. Continuo enim pelvis incipiet aquam confundere, turbidus ut aer cum tonitruis et fulgoribus et pluviis et procellis, adeo ut etiam imperiti potentia lapidum terreantur et conturbentur: tantas vires et divinitates lapis iste habet. Praeterea vaticinatur et praenuntiat futura per fluvios perennes et vocaliter per carmina. Ad salutem conservat quoque vivendi facultatem et corpus incolume, et bonam existimationem praebet gestantibus et omnem veneni ablationem; et universi generis terriculas amovet. Nam qui hunc lapidem gerit, numquam decipitur, tanta est huius lapidis gratia a deo concessa hominibus. Hic lapis Heliotropius vertit solem inviolato numine. Igitur ut iste lapis imbres evocat et caetera ....

hic lapis in aquam positus eandem que in vase est aquam cum radiis solis opponitur, ebullire facit et resolvit in nebulam, que post paululum imbrem inducit. hic reddit hominem bone fame, et vaticinari quedam et incolumem et longe vite. contra fluxum sanguinis valet et venena si ungatur [lege iungatur ex Marb. et Vinc. Bellov.] cum herba eiusdem nominis, in fallendo visum hominis homo se videri prohibet.«

1 eliotropiò (sic) *c*; — 2 eliotropio *c*; — 3 libia *c*; — 4 Heliotropius scripsi, eliotropium *c*, Heliotropium *p*; — 5 posita *c*; — 7 »consecrato forte. Sed frequens in hac scriptiuncula nominativus absolutus.« Pitra. — enim] *an* autem?; — 8 esse *p*, et *c*, ut ego ex Marb.: »Denique post modicum vas ebullire videbis, ... ut fit cum nimbos distillat turbidus aër« — 10 imperita potentiam (sic) *c*, »forte: qui imperant aut aliud simile« Pitra. — 11 vaticinantur *c*; — 12 praenuntiant *c*, praenunciat *p*, correxi; — 13 quoque] cuicumque *p*; — 14 incolumem *c*; incolumen coni. Ring; — 15 ablacionem *c*; — 16 ammovet *c*; — 18 eliotropius *c*; inviolato numine ego scripsi dubitanter, inviolata (ex involvata) nomina *c*, involuta nubila *p*. — 19 ut] et *p*. Retinui ut et in fine lacunae signa posui. Reliquam huius capitis partem trans-

III. Lapis Adamas.

Adamas autem lapis durissimus ferro; et optimus nascitur in India, secundus post hunc in Arabia, ceteri in Cypro. Praeterea in Philippico auro inveniuntur similes, omnes tamen et colore et magnitudine propemodum pares. Apti sunt vero ad omnem magicam actionem, et vires easdem habent. Sed a quibusdam lapis iste dicitur Anactites, quod cogat et perficiat omnia, in quibus eum desiderabis. Hunc lapidem adeptus include in cote argentea, et consecratum porta, et invictum te praestabit et indomitum adversus inimicos et hostes et maleficos et ab omnibus superbis hominibus, quia efficieris universis formidolosus. Repellit autem omnem metum et visiones incertorum somniorum et simulacra umbrarum et venena et lites. Conficies itaque armillam ex auro, argento et ferro et aeramento; tortilem fac, et gere circa sinistrum brachium, quia in hunc enim lapidem magnum est a deo auxilium.

scribere noluisse, et hoc per et caetera significavisse librarium, putaverunt Rose l. l. p. 472, et Pitra, cuius haec est nota: »Caute suppressa videntur, quae Plinius et Isidorus una et acerrima censura proscindunt: Magorum impudentia vel manifestissimum in hac quoque exemplum est, quoniam admixta herba Heliotropio, quibusdam additis praecantationibus, gerentem conspici negent. Vid. l. l. [N. H. XXXVII, 60, 165.] Arnoldi Lapidarius apud Vincent. Bellov. lacunam forte implevit. Porro si iungatur cum herba eiusdem nominis, valet in fallendo visum hominis, dum hoc modo se videri prohibet homo. lib. IX c. 67.« Sed Arnoldus sua ex Marbodo sumpsit.

1 adamans *C*; — 2 adamans *c*; — 3 caeteri *p*; — 5 propedomum modum *c*; — 7 anathitis *c*, ananchitis *p* ex Plinio XXXVII, 15, 61, sed ibi ananciten habent optimi codd., et idem editum est ab Iahnio. Ego anactites scripsi ex Orpheo, cui *ἀναχτίτης* audit hic lapis; anactitis autem facile in anathites depravari potuit, ut auctor in author, similia. — 8 ademptus *c*; — 9 portas *c*; — 11 quia] q̂ *c*; efficeris *c*; — 14 armilla *c*; — 15 tortile *c*; — 16 quia om. *p*.

IV. Lapis Memnonius.

Memnonius vero lapis maximum actum et valentissimum habet; venena parata et morbos et languores et tumores et inimicitias, haec omnia expellit. Fidelem, verum, et firmum et eloquentem et modestum et grata facie circa omnes efficit gerentem, insuper invictum in omni re et in omni certamine. Et ne mireris, quod tantas res eum tibi scribo habere: laudant eum multi reges: experti sunt eum adversus hostes et ad validas pugnas. Viri enim fortes et gladiatores in arena, et athletae habentes victoriam gratam sunt secuti. Sed vero multi apud iudices usi sunt capitales causas habentes: tantam efficaciam iste lapis habet in magnum munimen vincendi semper. Hunc autem lapidem usus omnia superabis, quae dico et omnes iras effugies et naufragio facto enatabis et contemnes Neptunum maris. Verum etiam multi homines victoriae causa gerentes eum, obtinuerunt. Valentiores Syri.

V. Lapis Diadochos.

Diadochos lapis similis est beryllo: utilissimus est divinationibus per aquam et adductionibus umbrarum, tamquam non alius lapis. Praeterea et effigies daemonum diligenter ostendit; ad mortuum ne adhibeas eum, resistit enim defunctis. Nam desursum est et sanctus iste lapis, et sanctificatus perpetua consecratione.

1 memnonio *C*; — 2 memnonio *C*. — 5 grata] ingressa *C*; — 7. 8 laudans *c*; — 9 pūgnas *c*; — 10 eum ante athl. add. *p*; inde a victoriam usque ad habentes in marg. habet *c*; sequuti *p*, secuti *c*, an assecuti scripsit? — 11 eo ante iudices add. *p*; — 12 in magnum remunus (sic) *C*, ut magnum [sit] munimen *p*; — 14 effugat *c*; contempnis *c*; maĩs *C*, in aquis *p*. — 16 Syri scripsi, syros *c*, [sunt apud] Syros *p*. — 17 et 18 dyadochon *c*, diadochon *p*, diadochos ego ex Plinio 37, 157 et Marbodo. — 18 berillo *c*; — 20 daemonum ego ex Marb.: »Daemonis effigies varias ostendere fertur«, hominum *c p*. — 21 id (sic) mortuum. n' adhibeas eum *c*, corr. *p* ex Marb.: »Sed si defuncto quis forsan applicet illum, Protinus asseritur solitas amittere vires.« — 22 desursum *p*, deiusum *c*, quod de deorsum significare

VI. Lapis Smaragdus.

Smaragdus lapis pulcherrimus et validissimus ad omnem aquariam divinationem. Persuasionem habet in omni negotio, portatusque adauget substantiam et corpus et sermonem caste aptus. Maxime autem subvenit et liberat a tempestatibus. Nam quicumque perfecerit et consecraverit eum, omnimodo impetrabit libertatem. Oportet autem eum perficere sic: adeptus lapidem iube sculpere scarabeum, deinde sub ventre eius stantem Isidem, postea pertundatur in longitudinem. Tunc autem auream fibulam immittens in dicto porta, consecratum et fac locum quemdam bonum praeparari, et ornare te et

posse putat Ring hoc sensu: ex imis terrae penetralibus. Ipse tamen deosus vel deosum coniecit quod divini aliquid significaret. (cfr. pluralem hispanicum dioses in Diezii lexico p. 153).

1 et 2 Smaragdus ego ex Plinio et Marb., Smaragdo *cp*. — 2 pulcherimus *c*; delevi et ante ad, cfr. p. 167, 18. 19. — 5 aptus] aptatus vel gestus sine causa coni. Pitra. — 7 imperabit *C*; — 8 adeptum *C*; sculpire *C*; — 9 incidem *C*. Caeterum haec sic leguntur in cod. 8454: »Evax. Adeptus lapidem oportet sic perfici. Fac in eum scarabeum sculpi, et sub ea posita constantem [et sub eo Iridem stantem coni. Pitra] deinde pertundatur in longitudinem, sicque in aurea fibula discoopertus, sit consecratus«; — auream om *cp*, addidi ex cod. 8454 et ex Damigerone Graeco. Ex Damigerone graeco transscripta esse videntur, quae in codice Ambrosiano A. 95 post prosaicam Lithicorum epitomam de smaragdo leguntur: *λίθος σμάραγδος ὁ κάλλιστος καὶ πολύτιμος δύναμιν ἔχει πρὸς πᾶσαν χάριν καὶ ἐπιτυχίαν ἐν πάσῃ πράξει· τοὺς δὲ ἁγνῶς βιοῦντας αὔξει βίῳ τε καὶ λόγῳ καὶ πράγματι· ποιεῖ δὲ πρὸς ὑδρομαντείας καὶ δούλοις πρὸς ἐλευθερίαν συμβάλλεται· ὣς* (sic) *γὰρ αὐτὸν κατασκευάσῃ* (sic) *καὶ πελήσει* (sic) *πάντων ἐπιτεύξεται. δεῖ δὲ αὐτὸν κατασκευάσαι οὕτως· κτησάμενος τὸν λίθον κέλευε ἀδάμαντι γλυφῆναι κάνθαρον· εἶτα εἰς τὴν κοιλίαν αὐτοῦ ἑστῶσαν Ἶσιν· ἔπειτα τρύπησον εἰς μῆκος· καὶ ἐμβάλλων χρυσῆν βελώνην φόρει περὶ τὸν δάκτυλον. οὗτος ὁ λίθος γεννᾶται ἐν ἰνδία ὅπου ὁ φυσῶν ποταμὸς ἐκ τοῦ παραδείσου ἐξέρχεται. οὗτος ὅρασιν ἔχει ὁμοίαν τῇ χλόῃ τῆς γῆς· καὶ ὁ μὲν πρασώδης οὕτως καλεῖται ῥωνίας. ὁ δὲ παρὰ τοῦτον ὑποχλωρίζων λέγεται σμάραγδος ὑακτορίζων.* — 10 fibulam missam *c*, fibula inmissa Ring, in fibulam missum *p*, fibulam inmittens ego ex Damigerone graeco; — in dicto Ring ex Damigerone graeco, dico *c*, dicato *p*; consecrato, *C*, corr. Pitra in notis. — 11 te ego, tu *cp*; orna (= ordina) ritum Ring

cetera quae tua sunt, et videbis gloriam lapidis, quam ei deus concessit.

VII. Lapius Corallius.

Corallius lapis maximas habet vires et magicam tractationem et in maiora negotia moventes. Est enim tenax, et omnia repellit somniorum ludibria suo remedio. Maximum autem tutamentum adversus iras dominorum insculptum nomen noctilucae, hoc est Hecates signum aut Gurgonis personam; portans autem eum numquam capietur a nullo medicamento, nec a fulminea umbra immissa; et in bello quoque et pugna maximum adiutorium est. Invictum et efficacem et impenetrabilem sine timore et sine tristitia et securum facit gestantem eum et facile impetrantem et introitum facile habentem. Praeterea consecratus et contritus et seminatus cum frumento aut hordeo aut aliquo fructu, amovet de terra grandinem et omnem perniciosam tempestatem; insuper in vineis aut olivetis dispersus repellit omnem exitiosum impetum ventorum.

1 quamque ei *p*. — 3 De corallio cfr. quae Pseudo-Dioscorides ex Damigerone latino habet ap. Vinc. Bellov. l. l. cap. LVI: »Diascorides Lapis corallius maximas habet virtutes. Est enim tenax et omnia somniorum ludibria repellit atque ab omni maleficio atque umbris demonum et inanibus studiis custodit sed et fulminibus etiam in navi ventis et tempestatibus resistit,« quae licenter immutata esse graecus textus arguit, cuius magnam de coralio partem supra in Lithicorum epitoma ex codice Vaticano edidi; — corallios *C*; — 4 corallio *c*; ante magicam fort. addendum in. — 6 repellit ego ex Diasc. et Damig. graeco, expellit *cp*; sompniorum *c*; — 7 dominorum pro daemoniorum vel deorum scriptum esse putat Pitra, male, cfr. πρὸς ὀργὴν δεσπότου in Damig. graeco; insculptum Ring, sculptum *cp*, nomen *p*, n (sic) *C*; — 8 etate *C*, Hecates *p*, recte, ut apparet ex Damig. graeco. — 9 autem eum om. *p*, qui comma post portans, non post personam posuit. Ego graecum textum secutus Insculptum nomen etc. cum superioribus coniunxi, cum *p* novam ab his verbis incepisset sententiam. — umbra] vibra coni Ring a verbo vibrare ductum ut pugna a pugnare, collatis: Mémoires de la soc de linguist. de Paris IV fasc. 1., Rönsch: Itala u. Vulg. p. 84, Paucker: de latinitate Scriptorum Hist. Aug p. 71 sqq. — 11 efficax *C*; — 12 sine tristitia et om. *p*. — 13 et facilem imp. *c*; — 15 ordeo *c*; — 15 ammovet *c*; — 16 pernitiosam *c*; — 17 dispersum *c*; — 18 exiciosum impetus *c*.

In domo autem positus conservat ab omni maleficio et umbris daemoniorum et vanis somniis et fulminum ictibus. In nave hoc si habueris, multum efficacior eris: resistit autem ventis et tempestatibus et turbidinibus. Tantam sortitus est potestatem iste lapis remedii contra adversas partes. Consecratur vero a deo et sanctis locis hoc tutamentum, ut sit maximum die ac nocte, hora diurna vel nocturna; bonumque praesidium corallius lapis habet.

VIII. Lapis Exebenus.

Exebenus lapis albus est et speciosus, cum quo solent aurifices aurum limpidare. Curat autem stomachum maxime in potu aspersum cum aqua. Praeterea insanos aut lassos in potu persanat. Et ad amantes similiter in potu dabis; insuper ad Veneris voluptatem congruit mirifice: bibitus non patitur eos fatigari. Solvit etiam vesicae dolorem, aptissime enim subvenit. Nam gestatus partum sine aegritudine conservat, et velocitatem parientis facit circumligatus dextro femori. Consecratus perpetua consecratione.

IX. Lapis Haematites.

Haematites lapis est optimum donum naturae; datum est omnibus a deo. Ad omnem corporis integritatem utilis est; etiam tutamentum bonum salutis est; est enim perennis

2 sompniis *c*; — 5. 6 consecratur ego, consecratus *cp*; — 6 locis. Hoc *c*; — 8 corallio *c*. — 9 De exebeno cfr. Vincent. Bellov. l. l. cap. LXVI: »Dyascorides. Genus lapis est albus ac preciosus: quo solent artifices aurum limpidare. hic potatus in passo et aqua sthomaticos curat. Amentes similiter potus eius sanat. vesicas etiam dolentes soluit, potatusque sine egritudine servat et femore circumvolutatus velociter parturientes facit.« — 9 et 10 exebeno *C*; — 12 in potum asparsum *c*; in potu aspersus *p*; — 12 lassos Ring ex p. 172, 1 »insanos et languidos«, passos *cp*; — 12. 13 in potum *c*; — 13 in potum *c*; — 14 bibitus n. p. e. fat. om. *p*; fatigari ego, fatigare *c*; — 15 Solvit ego cum Diasc., iu. Solvit *c*, Insolvit *p*; an Dissolvit? — 15 abtissime *c*, — 17 parturientis *p*; — 19 et 20 emathiten *C*, Aemathites Pitra, qui melius Haemathites scribi dicit, Haematites ego; — 22 perhennis *c*.

lapis iste, et oculis maxime aptus est. In oculorum eventationibus contritus cum Attico melle non fumigato inunctus sanat; et omnem oculorum dolorem infusus cum lacte mulieris curat; praeterea ulcera oculorum et morsum anguium. Potatus cum aqua omnis serpentis vulnus eximie sanat, et fluxum sanguinis sine intermissione fluentis; circumligatus autem umbilicum vel unguendo aut per potionem dabis lapidem curationis gratia. Amplius per stillicidia meiantibus urinam persolvit et sanat.

X. Lapis Chelidonius.

Chelidonius lapis invenitur in ventriculis hirundinum. Genera eorum sunt duo, nigrum et rufum. Cape hirundines (sed meliores sunt qui ex nidis sumuntur) et fissis eorum ventriculis aufer lapides; utiles sunt tibi: rufus quidem sa-

1 in om. *p*; eventationibus] »Nimirum graecum *ἐξαμαυρώσεις* vitiose legisse *ἐξαυρώσεις* videtur. Haec nota Dübneri.« Pitra. — 4 id est serpentium post anguium delevit Pitra, utpote ex glossemate natum; — 5 positus *C*; — 6 circumligatum *p*, circumligatus *c*, an circumligabis? — 7 vel umbilicum unguendo *p*, male, nam de serpentium morsibus haec dicta esse patet ex Marb.: »Serpentis morsus vel quod fit ab aspide vulnus, Egregie curat resolutus aquis et inunctus«, quare colon pro puncto post fluentis posui; sed praeterea fort. umbilico scribendum. — 8 scillicidiam *c*; meiantibus *c*, quod ex inscriptionibus et ex Marcello Empirico probavit Ring; meientibus *p*; — 10 de Chelidonio cfr. Vincent Bellov. l. l. cap. LIII: »Dyascorides. Celidonius lapis est: qui in uteris yrundinum invenitur. Cuius genera duo sunt, niger et ruffus: hic sublatis pullis yrundinum ex nido, fissisque ventribus eorum, in ipsis invenitur. Et ruffus quidem sanat lunaticos et languidos et insanos panno immissus et in sinistro egroti brachio circumligatus. preterea portantes se facundos gratos et amabiles facit. Nigrum quoque qui habuerit omnibus placebit. Sed cui dolent oculi eo trito cum aqua inungitur et sanatur. Idem in panno lineo croco tincto missus quotidianas tercianas et quartanas compescit. Adversus omnes humores aptus est excellenter.« — 10 et 11 chelidonio *C*; — 11 irundinum *c*; — 12 hirundines ego, yrundines *c*, hirundinem *p*; — 14 auferis *C*, quod retinendum vel in auferes mutandum esse censet Ring, ablegans ad: L. Ziegler, Die lateinischen Bibelübersetzungen vor Hieronymus (Monaci 1878) p. 116 nota 4. Est autem auferes optativus.

nat lunaticos et insanos et languidos. Facies autem sic: accepto panno lineo, puro, alliga eum ibi, et circumda in sinistro brachio male habenti et in die tertio curabitur. Praeterea gratissimos facit portantes illum et facundos, etiam amabiles et idoneos. Niger autem gestatus similiter negotiis omnibus fines optime imponit, nec non ad omnes minas et iras regum et dominorum portatus obsistit. Nam qui habet eum secum omnibus hominibus placebit et omnes ad arbitrium suum perducit; fidem enim eis accommodat. Sed si cui dolent oculi, tere eum cum aqua et inunge et salvabitur. Et cum tollis de nido, observa, ut nec pater eorum aut mater prope sit, meliores enim habebis effectus eorum. Niger autem lapis missus in panno lineo, croco tincto, tertianam et cotidianam febrem compescit et adversus omnem humorem excellenter est aptus.

XI. Lapis Chelonites.

Chelonites autem lapis est ad praenoscenda futura: habens enim eum sub lingua, quaecumque volueris, discis. Cum autem acceperis eum, antea os dilue. Valet praenuntio eo

3 bracchio *c*; — 6 imponitur *c*; — 8 et ad omne arb. (sed a d o m n e in marg.) *c*; — 10 inunge e g o, iniunge *c p*; cum e g o, quum *c p*; — 11 nidu *c*. — Caeterum cfr. cod. 8454: »Evax. Cum tolluntur lapides, cavendum ne patres assint. habent meliores sic effectus.« — 14 in hoc versu excidisse videtur vox q u a r t a n a m, cfr. Diascoridem; — quotidianam *p*; — 14 tumorem *c p*, h u m o r e m dedi ex Diasc. et Marb.: »Iste lapis positus febres extinguere fertur, Et simul h u m o r e s compescere quoque furores«; — 16 et 17 cheloniten *C*; — 18 discis e g o, dicis *c p*; quum *p*; — 19 antea [melle?] os dilue *p*, ex Plinio: »Melle enim colluto ore«. Sed contra facit Marb.: »Quem si sub lingua l o t o quis gesserit o r e; praenumptio *c*, in quo fort. aliud quid latet, »caeteris diebus a p r i m a in sextam horam« valere hunc lapidem affirmant magi apud Plinium XXXVII § 155; — utrum vim praenoscendi futura, an tempus ante novam lunam (quasi 'praenoventium') significet praenuntio, dubitat Ring, qui pro eo quod sequitur: e x E o (vel e x E o o) u s q u e aut E o u s q u e (ubi Eous genetivus esset, q u e autem e t e n i m significaret) scribendum esse coniecit; postea autem priori sententia mutata praenuntio pro προγνωστικῷ dictum esse censuit.

usque ad horam sextam. In prima vero luna valet per totum diem, verum quinta decima similiter; decrescente autem luna ante solis ortum valet. Exciditur autem lapis iste de oculis testudinis indicae. Si vis scire hunc verum esse, mitte supra turibulum tres candentes carbones et incenso sacrificabis et superponis lapidem istum confundens nihil omnino laeditur.

XII. Lapis Ceraunius.

Ceraunius est lapis, quem Aegyptii smaragdum vocant; invenitur autem in illis locis, ubi fulminis iactus fit; narratur tamen ex contritione nubium inter se fieri et pro hac causa hoc nomen meruit. Hunc siquis cum castitate portat, numquam a fulmine ferietur, nec domus, nec villa in qua fuerit. Praeterea si habuerit eum aliquis navigans, non periclitabitur per fulmen aut turbinem. Ampliusque ad omnem victoriam et certamen qui portat eum exsuperabit in omnem rem. Sed et oracula dat obsecranti, in somnis bona somnia; tanta est virtus huius ceraunii lapidis.

XIII. Lapis Iaspis.

Iaspis autem lapis multis locis nascitur et multorum colorum est. Omnium autem optimus et validissimus in colore est lucidissimus. Perfectus est tantum consecratus et caste portatus iste lapis. Imbrium enim est perfector et invocatus imbres facit.

1 per totum diem — ortum valet *c* in marg. habet. — 3 exciditur ego, inciditur *cp*, sed cfr. Plin. l. l. »Chelonia est oculus indicae testudinis«; indicis *C*, Indices Ring; — 4 hunc ego, hoc *cp*; turibulum ego, turribulum *c*, thuribulum *p*; — 5 incenso ego, incensum *cp*; confundens corruptum videtur, an contundens? vel et continenter? confobens (pro confovens) mediali sensu dictum coni. Ring. — 6 nichil *c*; — 9 est] iste *cp*; an autem delendum est? Smaragdum ego, smaragdo *cp*; — 10 autem fort. delendum; — 12 castate *c*; — 14 praeter *C*; — 16 et] aut *p*; — 16 exuperabit *c*; — 17 obsecrantis *c*; sompnis *c*; — 18 cerannii *c*; — 19 Iaspis ego, Yaspidis *C*, Iaspidis *p*; — 20 Yaspis *c*; — 21 colon post validissimus delevi cum Marb.: »Optimus in viridi translucentique colore«; — 22 tamen *c*; — 23 per-

XIV. Lapis Sapphirus.

Sapphirus vero lapis honorificatus est vehementer a deo. Dicitur autem apud quosdam Ormiseum. Hunc lapidem solent reges gestare circa cervices; maximum enim tutamen est. Habet autem vires has: inviolatum ab omni livore conservat hominem et amabilem deo efficit, et corpora praebet integra et boni coloris, et sudorem multum fluentem circumligatus compescit, et ardorem omnem interioris partis amovet ab eo qui eum portat. Praeterea ad vetera ulcera contritus cum lacte et superpositus magnam medelam dat, et epiphoras oculorum sanat et motus frontis. Et si quis in visceribus torsiones habuerit, cum lacte potatus sanat. Et si

fectus *C*, profectu (dativ.) coni. Ring, »coniiciebat aliquis pellector. Sed praeplacet perfector, Tullio non ignota vox« Pitra, qui ad finem huius articuli annotat: »Brevior caeteris articulus, sed augendus e consimili art. XXIII, ubi vide Plinii et Isidori censuram.«

1 et 2 Saphiro *C*; — 3 Ormiseum Plinii Hormiscion esse parum probabiliter putat Pitra, (cfr. Plin. XXXVII, 60, 168: »Hormiscion inter gratissimas adspicitur ex igneo colore radians auro portante secum in extremitatibus candidam lucem), Aëtii (II 47) *ἀρμούθεν* (*ἀρμούθεν*, *ἀρμουθέου*, — *θέους*, — *θεως*) esse putat Rose l. l. p. 490, qui sapphirum a nostro cum armenio (alias armuthen) confusum esse sine causa affirmat. Mihi non ex ormiseum sed ex orinicus a Diascoride servatum proficiscendum esse et in ormiseum vel orinicus vocabulum quoddam ab *ὄρει* incipiens quaerendum videtur. Caeterum cfr. Vincent. Bellov. l. l. cap. XCIV: »Dyascorides. Saphirus lapis est qui et orinicus dicitur corpora praebet integra bonique coloris. Torsiones ventris cum lacte potatus curat. et omnia ulcera cum lacte sanat.« — 5 inivolatum *c*; — 7 coloris ego cum Diasc., caloris *cp*; — 8 interis *c*; — 8. 9 ammovet *c*; — 9 eum om. *p*. — 11 epiphoras ego, epyforas (sic) *c*, *ἐπιφοράς* *p*; — 11 quis om. *c*; — 11 in visceribus ego, in viscera *cp*, quod dubitanter defendit Ring, intra viscera tacite Rose l. l. p. 487, ubi hunc Aetii locum, ex Damigerone graeco ut putat sumptum laudat (Aet. II 38): *Λίθος σάπφειρος μετὰ γάλακτος ποθεὶς λεῖος ἰᾶται τὰς ἐντὸς ἑλκώσεις πάσας, καὶ ἱδρῶτας παύει. τὰς μὲν οὖν ἐκτὸς ἑλκώσεις ἰᾶται μετὰ γάλακτος ἐπιχρισθείς, τὰς δὲ ἐν τῇ γλώσσῃ διακοπὰς λεῖος ξηρὸς ἐπιπαττόμενος ἰᾶται. καθόλου γὰρ ξηραντικωτάτης δυνάμεώς ἐστι.* — 12 tortiones *c*; potatus ego cum Diasc., positus *cp*, potus tacite Rose l. l. —

quis vulnus in intestinis habuerit, trito lapide cum lacte circumunguis intestinum, et sanabitur. Si quis autem lingua vexatus fuerit, similiter ex contrito lapide linis linguam et curabitur. Omnia quoque vulnera sive recentia, sive inveterata curat eodem modo contritus et superunctus cum lacte. Resistit autem ad omnem invidiam vehementer et corpus conservat. Sed etiam sanctos deos propitios facit praeclara cum impetratione et honore. Facit autem et ad divinationem per aquam intelligere sancta responsa. Divinantibus quoque valde optimus est; nam qui habet eum perfectum in formam scarabei, omnia vera divinabit, et fidelia habebuntur. Et placabilis erit deo et hominibus, qui hunc gestat cum castitate.

XV. Lapis Epistites.

Epistites autem lapis est rubicundus et dilucidus. Nascitur vero in Corintho apud templum dei. Habet autem virtutes istas maximas: iste lapis missus in aquam ferventem continuo tepidiorem reddit; si autem permiseris eum in aqua fieri omnem ardorem tollet et frigidam aquam facit. Istum vero lapidem habentes malefici removent a fructibus grandines et nebulas et turbines nocivos, sed et locustas. Et deos propitios facit per suam potentiam. Praeterea cum retinet eum

Il. 2 circumungis *p*; — 7 dei propitius esto facit praeclaros cum imperatione *C*; — 8 divinationem ego, divinitatem *cp*; — 10 quoque] an enim? — 11 scarabei ego, scarabii *c*, scarabaei *p*; divinabitur *c*; — 14 De epistite, qui ab aliis rectius Hephaestites dicitur, vide Vincent. Bellov. l. l. cap. LXX: »Dyascorides. epistitin lapis rubicundus ac dilucidus est et nascitur in corintho. hic in aquam ferventem missus continuo tepidiorem eam reddit. et si aliquantulum steterit ibi omnem ardorem tollens frigidam eam facit. Hunc cum aliquis in manu dextra contra solem tenuerit radios emittit et ignem vomit. ita ut videntes mirentur. Qui vero circa brachium sinistrum eum portaverit, omnes turbas contempnit.« — 14 Epist^{it}em (sic) *C*; — 15 Epist^{it}es *c*; dilucidus ego ex Diasc., delucidus *cp*; — 18 tepidorem *c*; in aquam *C*; [lique]fieri *p*, male, cfr. Diasc. — 20 fluctibus *C*; — 21. 22 deus propitius *C*; — 22 quum *p*.

aliquis in manu dextra contra solem, radios emittet, et ignem evomet sua voluntate, ut videntes mirarentur. Aptus est autem ad potentiores et seditiosos, nam qui portat eum tutamentum circa sinistrum brachium, omnes asperitates et omnes turbas contemnit.

XVI. Lapis Orites.

Orites vero lapis est specie non nigerrimus, rotundus, quem alii sideriten vocant. Aptus est autem curando morsus bestiarum. Contritus enim et superillinitus cum roseo unguento super vulnera bestiarum, validissime curat, sed et nervos coniungit alligatus. Si quis homo eum secum habuerit, omnem bestiarum impetum expellit. Hunc portantes magi per solitudinem iter faciunt et non vexantur a feris. — Est vero et alter lapis Orites, viridis et subcandidus, maculas habens; scies autem, si verus sit iste lapis: pone super turibulum carbones igneos ardentes quam plurimos et superpone multa genera lapidum diversissimorum et istum inter eos, et dimitte, ut comburatur una hora. Deinde si hunc integrum et illaesum videris, habebis eum in tutamentum, et omnia pervincit omneque periculum et omnem timorem effugat. — Est etiam tertium genus quasi ferrea lamina ex uno latere lenis, ex altero velut acutus. Habet virtutes maximas, nam regis in coitu concubinis, ut non deformes aut nanos filios

2. 3 autem in *c* deesse falso dicit Pitra; — 3 seditiosus *C*; — 4 sinistro bracchio *c*; — 5 contempnit *c*; — 6 et 7 Orites ego ex Plinio et Marb., Ortiten *C*, Ortites *p*; — 7 nigerimus *c*; — 8 syderiten *c*; autem curando ego, autem curandi *c*, autem ad curandos *p*; — 11—13 Graecus Damigeronis textus servatus esse videtur in Lithicorum epitoma a *τοῦτον πρὸς ἀποτροπήν* usque ad *κατετόλμων* p. 146. — 12 impetus *c*; — 14 orites ego, ortiten *c*, ortites *p*; — 15. 16 turibulum ego, turribulum *c*, thuribulum *p*; — 17 genera ego, gn̄a *c*, grana *p*; — 18 dimicte *c*; — 21 est enim t. *C*; ferream laminam *C*; — 22 velud *c*; — 21—p. 177, 1 nulla lacunae signa in *c*; nam circumligatus regis concubinis facit ut nec conc. nec par. *p* mediis omissis. Caeterum v. 23 in coitu ego, in coitum *c*; — 23 deformes et filios ego, defor(i)s et filii *c*; nanos Ring, minus *c*.

procreent, circumligant .... regis concubinis hunc lapidem, ut nec concipiant nec pariant; tantum remedium sterilitatis natura genuit hunc lapidem. Cave autem, ne gravidae eum circumligent, cogit enim eam praeposterum eiicere infantem.

XVII. Lapis Achates.

Achates vero lapis potentias habet optimas, sed qui similem habet colorem pelli leonis, valet ad scorpionis morsus; alligatus enim vel illinitus cum aqua statim tollit dolorem; tritus et vulneribus aspersus vel in potione cum vino datus, viperarum sanat morsus. Portatus autem in tutamentum erit, et facundum et potentem et gratum et suadentem facit eum qui portat, sed et robustum; et colorem bonum facit et ad deum et ad homines amabilem.

4 praeposterum Ring, per rostrum *c*, quod om. *p*; — 6 et 7 Achaten c. — Ex Damigerone graeco sumpta sunt quae in libello *Σωκράτους καὶ Διονυσίου περὶ λίθων* adhuc inedito leguntur fol. 216, b codicis Vaticani graeci nr. 578: *Λίθος ἀχάτης· οἱ ἀχάται μεγίστας δυνάμεις ἔχουσιν· εἰσὶ δὲ ἑρμοῦ. — ὁ δὲ ὁμόχρους λέοντος δορᾷ ἰσχύει. πρὸς τοὺς σκορπιοδήκτους προστεθεὶς* (lege *προσδεθεὶς*). *ἢ λειωθεὶς καὶ παραχρισθεὶς μεθύδατος. αὐτίκα γὰρ ἄπονον ποιεῖ τὸν πληγέντα. εὔθετος δὲ καὶ ἐν τοῖς ἐχιοδήκτοις τριβεὶς καὶ ἐπιπασθεὶς τῷ δήγματι ἢ καὶ μετὰ οἴνου ποτισθείς. φορούμενος δὲ ἐν τῷ δακτυλίῳ ποιεῖ τὸν φοροῦντα εὐπροσήγορον καὶ εὐόμιλον καὶ εὐπειθῆ. καὶ δυνατὸν καὶ ἐν πᾶσιν περὶ χαρῇ. εὔρρωστον τε καὶ εὔχρουν. τελεῖται δὲ οὕτως. λαβὼν βελόνην χαλκὸν γράφε ἐν αὐτῷ τὸ ὄνομα τοῦτο· ἰαχὼ· καὶ ὑπόθες εἰς τὸν δακτύλιον τὸν λίθον· καὶ ἐντυπώσας φόρει. οὗτος δὲ ὁλοκίτρινος.* Idem est lapis agapis de quo vide Vincentium Bellovacensem l. l. cap. XLII, ubi ex Damigerone latino haec: »Dyascorides. Agapis potentias habet maximas: qui colorem pelli leonis habet similem. ad morsum scorpionis valet etc. . . . . dolorem tollit. tritus et vuln. asp. v. in pot. cum v. d. vip. san. mors.: portatus quoque facundum et amabilem gratum ac potentem facit«, ubi quae cum Damigerone graeco consentiunt vel contra *C* libri auctoritatem in textum induxi. — 7 qui] quum *p*; — 8 colore pelle *c*; — 8. 9 morsum *p*; — 9. 10 post dolorem pergit *cp*: et viperarum morsus curat tritus verum supra vulnera sparsus et datus in potione cum vino sanat, ubi curat — sparsus in marg. scripta sunt in *c*.

XVIII. Lapis Odontolycius.

Odontolycii id est lupi dentes, prosperi sunt et utiles militibus et venatoribus et rapere aliquid volentibus et per aquam divinantibus aut per sensum divinalem, positus subtus fundo scyphi. Pro firmamento infantibus tutamen firmum praebet. Apti sunt autem maxime furibus, qui aliena furari cupiunt.

XIX. Lapis Alectorius.

Alectorius vero lapis invenitur in ventriculis gallinaciorum, modo fabae, crystallina specie aut aquae limpidae. Hunc lapidem qui portat, invictus erit ab omni homine, tamen a multis temptatus et probatus est. Nam gladiator aut pugnator habens eum in ore suo insuperatus permanebit et sine siti, et athletam et aurigam omnimodo vincit. Milo enim Crotoniensis hunc lapidem portans numquam est victus. Praeterea multi alii per praelia eum habentes fortiter belligerabant et invicti permanebant. Et reges expulsi sunt a regno suo et receperunt dominationem, non solum suam, verum etiam alienam. Facit etiam securos et gratos et placentes gestantes eum. Praeterea circa venereas voluptates ...... reddit. Sed et mulieribus proderit portantibus quae volunt

1 Odontolycius ego, odontelycio (sic) *c*, Odontelycius *p*; — 2 Odontolycii ego, Odontelycio *c*, Odontelycius *p*; — 3 aut per sensum divinare *C*; divinalem edidit *p*, qui praeterea aut per incensum coni.; fundus scisi *c*; — 6 autem] tandem *p*; furare *c*, fort. recte. — 8 De alectorio cfr. Vincent. Bellov. l. l. cap. XLIII: »Dyascorides. Allectorius lapis in ventribus gallorum gallinaciorum invenitur; quem gladiator habens in ore: permanet invictus ac sine siti. Mulieribus quoque que volunt placere viris proderit quia portantes se probas ac speciosas reddit.« — 8 et 9 alectorio *C*; — 9 gallinaciorum *c* et Diasc., gallinaceorum *p*; — 10 cristallina *c*; — 12 tentatus *p*; nam ego, nam et Ring, nec *cp*; — 13 eum om. *p*; superatus *p*; — 14 exitum *c*, exitu *p*, siti ego ex Diasc. et Marb. — 15 contronense *C*; — 17 invictos *c*; — 18 recipuerunt *C*, fort. recte. — 20 lacunae signa ego posui et aliquid deesse animadvertit etiam Pitra; cfr. Marb.: »Hic circa Veneris facit incentiva vigentes«; — 21 reddit ego, reddidit *cp*; set *c*; eum ante qui (sic *cp*) add. *p*.

viris placere: communis enim lapis est. Gestatus quoque firmitatem in oratione praebet. Facit etiam portantem speciosum et magnanimum et probum et bonum, omnia proposita obtinentem fortibus tutamentis.

XX. Lapis Gagates.

Gagates vero lapis invenitur in flumine, quod appellatur Gagano. Est autem sublineo colore magisque longius. Habet autem virtutes magnas et optimas. Mulieribus autem si non fluxerint menstrua, si hunc lapidem conteres et pones super carbones ardentes, deinde iubeas mulieri circumgredi, ut uterus eius vaporetur, et sic purgabitur et sine noxio et sine dolore. Si quis autem mancipia mercatur et vult scire, ut non sit ex eis caducus aut lunaticus, succende lapidem et si aliquis tale vitium habuerit, in ipso vitio cadet: tantam virtutem habet iste lapis. Omnem fraudem et ligamenta persolvit, et succensus omnes angues et viperas et serpentes effugat ex loco.

XXI. Lapis Medius.

Medius lapis niger est; tritus autem emittit croceum colorem. Multas bonas et malas potentias habet. Si quis

2 in orationem *c*; — 4 optin. *c*; — 5 et 6 Gagaten *C*; — 7 Gagano] ab aliis G a g e s vocatur. — 9 menstruam *c*; — 10. 11 ut ut. eius vap. o m. *p*; — 14 vicio *c*; — 16 et viperas o m. *p*, et viperis *c*, q u o d c o r r e x i; — 17 exfugat *c*. — Ex hoc capite cod. 8454: »Evax. Mancipia si vis emere hoc trito suffumiga et statim apparet si lunaticus fuerit.« — 18 et 19 Medus e g o e x D i a s c. e t M a r b., Medius *cp*. — De hoc autem lapide adi Vincentium Bellovacensem l. l. cap LXXXV: »Dyascorides. Medus lapis in media inventus est: apud fluvium fasni: unde et nomen accepit. Niger quidem est sed tritus colorem croceum emittit. Est autem duplicis potentie: bone s. et male. Nam et tritus in coctura medicinali [sic pro s u p e r c o t i c u l a m m e d.] cum lacte mulieris: que semel puerum primo partu edidit: et unctus: albugines oculorum curat et omnem illorum dolorem. etiam si fuerit desperatus. podagricos etiam eodem morbo [lege m o d o] cum lacte ovis: que semel genuit masculinum sanat. verum si quis ex eo biberit, pulmonem evomet.« — 19 *o* ante c r o c e u m habet *c*.

gaudium comparat ad vindictam inimicorum aut latronum..... ita homines debent tam ad bona quam in mala, si fortuna tulerit, parati esse. Scies autem bene quidem agentes in locum impiorum non pervenire ...... Hic ergo lapis tritus super coticulam medicinalem cum lacte mulieris, quae semel creavit in primo partu puerum, inunctus albuginem oculorum curat, et omnem oculorum dolorem tollit; etiam si videre desperatus fuerit, sanat. Praeterea podagricos eodem modo cum lacte ovis tritus, quae semel genuit masculinum foetum, ungis et sanatur. Et renes et anhelitus et interiores partes sic curat. Hoc medicamentum maximum est et a multis probatum. Praeparatum vero hoc medicamentum habebis in vitreo vase vel argenteo et ieiunus perficies. Ad vindictam vero lapidem supra coticulam teris et cum aqua dilue lapidem et coticulam, et dabis cuivis, et lavet faciem et eccaecabitur. Si quis autem biberit ex eo pulmones evomet. Oportet autem bibenti paululum dare, quod non satietur. Hic lapis inventus est in Media, unde vocabulum habet. Nascitur vero in locis apud flumen Fasin.

XXII. Lapis Syrtius.

Syrtius vero lapis, qui et Sapphirus appellatur, inveni-

1 gladium Ring, recte, puto. — 2–4 quae hoc loco inter lacunae signa posui, ex textu eiecit Pitra, qui addit: »Lacinia huc temere, nescia unde, invecta, omissorum locum occupat. Suspicor non pauca capitis XXX ex hoc XXI detracta pessime esse, ab hisce verbis: Medium vero nomine de Mediodon etc. Sed quum in Marbodo eadem rerum ratio aut confusio occurrit, nolui mutare quidquam.« — 2 in malam *c*; — 5 coticulam ego ex Marb.: »Namque super cotem mulieris lacte solutus«, cuticulam *C*, craticulam *p*; qui *c*; — 8 disperatus *c*; podracos *c*, podagros *p*, podagricos ego ex Diasc.; — 9 qui *c*; fetum p; — 10 ungit *p*; sanat *p*; — 13 vaso *c*; perficiet *C*; — 14 coticulam ego ex Marb.: »Et resolutus aquis cotis sibi fragmine mixto«, cuticulam *c*, craticula *p*; — 15 coticulam ego, cuticulam *c*, craticulam *p*; — 15 excaec. *p*; — 17 quod ego, *q c*, quo *p*; — 19 Phasin *p*; — 20 syrtis (o suprascr.) *c*; vv. 21 – p. 180, 3 ex Plinio interpolata esse iudicavit Pitra, collato Plin. XXXVII 67, 182: »Syrtitides in litore Syrtium, iam quidem et Lucaniae, inveniuntur e melleo colore croco refulgentes, intus autem stellas continent fulgidas«. — 21 Saphirus *c*; inventus est *p*.

tur in extremis Libyae partibus circa Syrtes expulsus a mari per tempestates. Idem nascitur et in Apuliae regione apud Lucaniam.

Damigeron scribit:

Hic integer et potens vicisset omnem virtutem lapidum, qui maximas potentias habet et in primis tutamentis numeratur. Qui habet ergo hunc lapidem, armatus est adversus omnem fraudem, et omnibus maleficiis et apud insidias aliorum lapidum resistit. Huius tamen naturalis potentia esse divina dicitur. Si quis a rege vel praeposito mittitur in vinculum propter delicta vitae, et voluerit aliquis educere eum de vinculis, si fieri potest, tange capita vinculi, statimque rumpentur, et cum solutus fuerit, veni ad hostium et tange hoc cum lapide, et a semet ipso hostium aperitur, et vadat ubicumque voluerit, a nullo enim aspicietur. Est autem circa gratiam et amicitiam conciliandam optimus.

XXIII. Lapis Capnites.

Capnites lapis similis est crystallo, sed multum distat ab eo. Portantibus autem optimus est. In obsequio erga deum et homines cognitos facit. Facundum vero et formosum facit gerentem se. Curat hydropicos circumligatus sinistro brachio. Utilis est autem ad formidines et minas amovendas. Nam qui habet eum, apud omnes gentes in gratiam venit et minas mitigat.

1. 2 a mare *c*, quod dubitanter defendit Ring. — 4 Amigeron *C*; — 5 Hic] vir *C*; vincisset *C*, vicisse coni. Ring, cum infinitivus perfecti pro infinitivo praesentis positus in lingua vulgari frequentissime reperiatur; — omnes virtutes *p*; — 8 apud] malim adversus, ad coni. Ring. — 10 quis agere vel *C*; mictitur *c*; — 11 delicta vitae Ring, delendam vitam *p*, delenda vita *c*; aliquid *C*; seducere *c*; — 13 quum *p*; solitus *c*; ostium *p*; — 14 ostium *p*; — 17 et 18 Capnites ego, Caphniten *c*, Caphnites *p*, Capnitis nunc apud Plinium editur N. H. XXXVII, 56, 151; — 18 cristallo *c*; — 20 faciendum *C*; — 21 ydropicos *c*; — 22 bracchio *c*; autem om. *p*; — 22. 23 admovendas *c*; — 23 apud om. *c*; in gracia *c*; mitiget *c*.

XXIV. Lapis Optallius.

Optallius lapis circa oculos efficax est; nam qui gerit eum, numquam oculis laborabit. Aptus est autem et furibus, ut non teneantur: obscurat enim aspectum proximorum, ut non videant furantes. Hunc furones usi sunt gestare.

XXV. Lapis Obsyontes.

Obsyontes vero lapis, sicut maiores nostri aiunt, disparis virtutis videtur esse. Est enim optimus et magno opere adversus somnia incerta resistit, ut nullus alius lapis. Praeterea volentibus aliquid laedere subvenit. Si quis in eo sculpserit solem et lunam, et gestaverit eum consecratum bonam vitam exigit.

XXVI. Lapis Hieracites.

Hieracites lapis in primis numeratus et probatus est a magis. Est autem niger modice et idoneus. Habebis autem sic eum: Ubi volueris aliquid praescire, lava os tuum cum melle optimo et pone sub lingua lapidem, et disces quid de te, aut quid sapiat vel cogitet aliquis, futura omnia. Sed impetrationibus maxime congruit; gestatus enim nemo tibi contradicit aliquid postulanti. Verum amatoria quoque et

1. 2 Optallius ego ex Marb., Optallion *cp*. Quem lapidem veterum *ὀπάλλιον* esse vulgo credunt; sed, si ex virtutibus ei attributis augurari licet, medii aevi scriptores de ophthalmio, optallio cogitavisse videntur. — 3 laboravit *c*; — 4 teneatur *c*; — 5 suerunt pro usi sunt coni. Ring; v. furentes *c*; — 6 et 7 Obsyonten *C*; Obsianum hunc lapidem esse putat Pitra. — 8 virtutis add. Ring, om. *cp*; videtur esse ego, ur̃ esse *c*, naturae est *p*; magnopere p; — 10. 11 sculserit *c*; — 13 et 14 Hieracites ego ex Pseudo-Dioscoride latino apud Arnoldum Saxonem de virtute universali cap. 8 p. 424 ed. Rose, ubi ierachites in codicibus traditur; — Geraciten *C*, Geracites *p*; — 17 dices *c*; — 18 de te [sit] aut *p*; aiit pro aut coni. Ring. — 18 futura omnia] »Forte ordo depravatur, et sic restituendum: aut futura omnia«. Pitra. — 19 nemo] ne *c*.

suasoria per necessitatem efficit super alios lapides. Alliga ergo tibi lapidem, et vadis ad pueros sive ad feminam, et non tibi contradicit. Quod si volueris scire, quia verus est iste lapis, sic cognoscere poteris: lacte et melle commixto circumfunde lapidem, et pones eum, et non sedebit ibi musca, sic eam expellit. Nec putetur hoc ludibrium esse. Ex eadem mixtura circumfunde alterum lapidem qualem volueris, et videbis quanta multitudo muscarum circumvolvit. Super haec gratissimos facit gestantes et facundos ad omnes.

O imperator piissime, non credunt legentes veras esse potentias lapidum, quia non experiuntur. Omnia tamen dicta a nobis et scripta veniunt sanctificata.

XXVII. Lapis Carsydonius.

Carsydonius lapis sanctificatus et circumligatus aquaticos curat. Praeterea qui portaverit eum a pueritia, numquam mergitur, nec vexatur. Pulcrum quoque facit gestantem et fidelem et potentem et omnia perficientem. Sculpere oportet Martem armatum, aut virginem stolatam veste circumfusam tenentem laurum. Consecratus perpetua consecratione.

2 confer quae ex Aetio II 30 ad hunc locum spectantia citavit Rose l. l. p 482 483: *Ὁ δὲ διογένης ἐν τῷ περὶ λίθων οὕτω φησίν. Ἱεραχίτης λίθος ὑπόχλωρος μέν ἐστι καὶ πρὸς τὸ μέλαν ἐντετραμμένος, ἐπιρερασμένος χροιαῖς ἑτέραις ὡς ποικίλος εἶναι. – δύναμιν δὲ ἔχει ἀποξηραίνουσαν αἱμορροίδας ἀπηρτημένος τοῦ δεξιοῦ μηροῦ τοῦ κάμνοντος. δοκιμάσεις δὲ ὅτι ἀληθῶς αὐτός ἐστι, ἔχων αὐτὸν μετὰ χεῖρας χρίου μέλιτι ταύτας, καὶ οὐ προσεγγίσουσί σοι τὸν λίθον φέροντι μυῖαι.* — 6 hoc ego, hunc *c*, hanc *p*; — 8. 9 circumvolvit *c*, quod reduxi suadente Ringio; circumvolvitur *p*; — 9–11 et – legentes in marg. habet *c*; versus 11—13 quasi interpolatos minoribus litteris excudendos curavit Pitra. — 13 scricta (sic) *c*, stricta coni. Pitra. — 14 Carsydonio *c*; hic lapis alibi non occurrit. — 15 Carsidonio *c*; — 17 mergetur *c*; neque *p*; pulchrum *p*; — 19 vestem *c*; consecratur *p*.

XXVIII. Lapis Lychnites.

Lychnites lapis speciosus, colore subvitreo, mundo, adversus nyctalopam [id est adversus nocturnas aves, hoc est strigas, sive cananas] aptus collo est idoneus, persanat eos. Praeterea in lineo panno missus et in fronte ligatus fluxum sanguinis stringit. Sciet autem qui eum portat futura praedicere, et infirmos prohibet aliena loqui, et languores expellit. Circumligatus nervos etiam et verrucas corporis sanat applicatus ea parte, ubi dolor est. Insuper si quis eum consecratum habuerit in domo quae incenditur, si casu contigerit, continuo extinguitur incendium. Iste autem lapis Vulcano est consecratus.

1 hic et in versu subsequente Lychnites ego scripsi, (Lithites *p*) praesertim codicis 8454 vestigia secutus. Sed imprimis dignus qui conferatur Arnoldus Saxo de virtutibus lapidum § 81 ed. Rose: »Zignites [quam formam litterarum quoque ordo tuetur] lapis est coloris vitrei. idem est quod evas [?]. gestatus collo valet contra nictalopam, et sanguinem stringit, et mentis alienationem depellit. et si tenetur ad incendium ignis, extinguitur flamma eius.« Ex Damigerone graeco hausisse videtur Michael Psellus *περὶ λίθων δυνάμεων* pag. 22 ed. Bernard: *ὁ λυχνίτης; ἔστι δὲ νυκτάλωπος* [hoc corruptum] *ἀρτηθεὶς ἀπὸ τοῦ τραχήλου, ῥεύματά τε ἐπέχει ὀφθαλμῶν ἐν λινῷ ῥάκει περιτιθεὶς τῷ μετώπῳ.* — Lathiten *C*; — 2 Lythiten *C*; subvetereo *c*. — Ad sequentia cfr. quae cod. 8454 ex Damigerone habet: »Lichniter speciosus colore subvitreo sed mundo adversus noctilepas i. e. nocturnas aves, i. e. strygas collo gestatus valet. Missus in lineo mundo et collo ligatus, sanguinem sistit. Qui autem eum gesserit futura praedicet; alienationes ab infirmis pellit. Insuper si quis eum consecratum habuerit et domus accendatur casu, continuo extinguit (?) incendium.« — id est adversus — cananas uncis inclusi, cum nihil nisi malum interpretamentum sit vocabuli nyctalopas; etiam sequens persanat eos clare ostendit hic non de strigibus sed de hominibus agi, qui non nisi noctu videre possint. Caeterum nyctalopam ego ex Arnoldo Saxone (*ὁ νυκτάλωψ = ἡ νυκταλωπία*), nictialapas (sic) *c*, nyctalapas *p*; cananas] »glossariis vox inaudita, forte deducenda a glossa barbara: *χάνειν*, perdere, *ἀπολλύναι*« Pitra. — 4 ydoneus *c*; — 10 casu ego ex alia codicis 8454 versione, quam vide supra; cañ *c*, cauma *p*; — 11 exstinguit *p*.

XXIX. Lapis Topatozontes.

Topatozontes lapis tutamentum optimum est. Ad divinationes aquatiles aptissimum est. Quod si quis uvae marinae vinum biberit et insaniat, trito lapide super coticulam cum aqua da furioso bibere. Deinde apta ei lapidem circa collum, et sanabitur. Sacrificantibus etiam propitiantibusque deo utile est. Suasionem enim habet secum et impetrationem et gratos facit gestantes. Sanctificatus perpetua consecratione.

XXX. Lapis Magnitis.

Magnitis lapis magnas virtutes habet. Plenus est spiritu, hoc est attrahit quod appositum ferrum et retinet. Invenit autem eum Colchis. Hoc dicunt usam in magica; Medium vero nomine de Mediodon, post quem quaerendus. Inde Medi qui per omnem horam eo usi sunt ex claritate duodecim signorum . . . . . Huius lapidis potestatem vero omnes magi confirmaverunt, quasi maximas habentis potentias, et sic invenerunt, quemadmodum tentarent uxores suas de caritate erga se, an benivolentiam semper custodirent, et cognoverunt diligenter si ita fecissent. Dormiente uxore subtus caput posue-

1 Graecam Damigeronis de topazio narrationem supra edidi in Lithicorum epitoma p. 142, 143, ubi tamen etiam ex aliis auctoribus nonnulla admixta esse videntur. — Topatonte (sic) *C*; — 2 topatozonte *c*; — 2. 3 divinaciones *c*; — 4 coticulam ego, cutic. *c*, cratic. *p*; — 6 propiciantibusq̄ *c*; — 12 adtrahit *c*; num est addendum ante ferrum? et om. *c*; — 13 usam ego ex Marb.: »Post illum fertur famosa venefica Circe Hoc in praestigiis magicis specialiter usa«, usum *cp*; — 14 Pt' q̄ qrced' (sic) *c*, praeter quem quaerendus *p*, post quem quaerendus ego, »Medium vero nominant de*mediodon*pt' quod grece d(icitur)« coni. Ring, vix recte, cum Ededon (= Mediodon) a Marbodo magus dicatur, qui hoc lapide usus sit. Caeterum confer Pitrae notam ad cap. 21. — 15 ex claritatem ex *C*; — 16 nulla lacunae signa in *C*; hic lapis potestas vero (sic) *C*, Hinc lapidis potestas. Verum coni. Ring; magy *c*; — 17 habentis ego, habentes *c*, habentem *p*; — 18 charitate *p*; — 19 an] aut *c*; — 20 si ita fecissent om. *p*, lacunae signis positis. — 20 dormientis uxoris *p*; capud *c*.

runt latenter lapidem, et si quidem erat casta ab omni altero viro, sic ad maritum suum accedebat somnians volutabunda, et amplexabat eum tamquam impulsa per aliquem. Si autem altero viro coierat, tamquam vim alicuius spiritus odoris fedissimi lapis mittebat, ut de lecto in pavimento caderet. Concordiam secum quoque habet sicut non alius lapis. Multas enim mulieres cum rex ad ingressa maritis suis coegit reverti ad eos, et diligere matrimonium eorum. Sed etiam uxoribus maritos restituit. Hic lapis gratiosum et obsequentem facit portantem se et iocundum sermonem; advocatis certe magno opere subvenit, et apud populum concionantibus; persuasionem enim praebet et decorem et sermonem et facultatem et victoriam et exuperationem. Et ad sacrificia magorum aptissimum est, qui hunc lapidem habent; exaudit enim deus vota eorum; ideo sacrificantes et precantes gestant eum. Praeterea cum voluerint intimi, id est fu-

vv. 1—5 ab et si quidem usque ad mittebat om. *p*, ubi pro eo ut si erat adultera substitutum est. — 3 impulsam *c*; — 4 alic' sp̄s *c*; — 5 mictebat *c*; in pavimentum *p*; — 6 concordiam ego, concordia *cp*; — vv. 6—8 pro sicut non — matrimonium eorum pessime *p*: »quum rex per eum maritos cogit reverti ad mulieres«. — 7 ad ingressa corruptum est, an abingressas, quod esset relinquentes?; — 8 eos ego, eas *c*; »multas enim mulieres ⟨cum adulteris⟩ cumire (= coire) adingressas (= incipientes) maritis suis coegit reverti adeo et diligere matrimonium eorum« coni. Ring, unde diligere (dilige͠t *c*) recepi. — 9 marito *c*; post restituit lacunae signa posuit *p*; — vv. 9—14 Graecum textum vide supra in Lithicorum epitoma p. 144. 145. — 10 iucundum *p*; — 10. 11 advocatus *c*; — 11 et om. *p*, qui colon post subvenit, non post concionantibus posuit, et praeterea eis pro enim substituit. — 13 ad ante facult. add. *c*, »et sermonis adfabilitatem«, vel »et sermonem et adfabilitatem« (*ἓν διὰ δυοῖν*) coni. Ring; »et sermonis facilitatem« vel simile quid ego scribendum puto ex Damigerone graeco: *καὶ λόγων εὑρετικός ἐστι*. — exsuper. *p*; — 14 aptissimus *p*; punctum post est sustuli, et colon posui post habent, pro quo habet est in *p*; — 16 gestat *c*; quum *p*. — Ad sequentia confer, quae Vincent. Bellov. l. l. cap. XXI habet ex Pseudo-Dioscoride: »Diascorides: Magnes gignitur circa litus occeani: apud trogoditas magnas habens virtutes: et velut spiritum in attrahendo ferrum: fures intrantes domum ut preciosa deripiant: intra quatuor angulos domus carbones ardentes po-

res, secreta pretiosa diripere, intrant in alicuius domum; deinde inter quattuor angulos domus vel triclinii carbones ardentes ponunt, vel ignem ex bitumine, et superponunt minutatim praecisum lapidem et sic transferunt mentes et oculos eorum qui adsunt, ut timore continenter fugiant inde, putantes ruere domum.

Nihil profanum est, rex orbis terrarum, ut iste lapis ad se adducat, animal et ferrum, attrahitque ferrum et rursum amovet. Si quidem pium est erga deum et iustum, perficiet et inutilia repellit.

XXXI. Lapis Lyngurium.

Lyngurium lapis optimum tutamentum est in domo, sed et praegnantibus et infantibus, ne timeant. Resistit autem et morbo regio portatus aut contritus cum vino et potatus.

XXXII. Lapis Daphnea.

Daphnea lapis facit ad lymphaticos et ad daemoniacos et ad defusionem sanguinis vel ad hydropicos.

nunt: et lapidem minute praecisum supermittunt: sicque mentes et oculos eorum qui assunt, avertunt: ut timore fugiant: putantes super se ruere domum. Habet autem vires purgatorias. et ob hoc ydropicis cum mulsa datus: grossitudinem deducit: et omnes humores per ventrem ministrat. Tritus etiam et superaspersus combusta sanat.« — fures] »Iterum ad graeca ducitur ex insolenti synonymia, intimi enim sunt ἰταμοί, quae Duebneri opinio est« Pitra, sed »intimi [id est ⟨adyti⟩] fures secr. pr. diripere« coni. Ring; — 1 intrat *c*; — 2 quatuor *p*; domui *c*, probante Ringio; sed domus apud Diasc. legitur. — 3 supponunt *p*, male, cfr. Marb.: »Et superaspergat magnetis fragmina prunis«. — 5 timorem continentes *cp*, timore continentes (scil. se) Ring, timore continenter ego, timore etiam Diasc.; — putantes ego cum Diasc., putant *cp* et Ring; cfr. Marb.: »velut impediente ruina Defugient omnes«. Versus 7—10 minoribus litteris excudendos curavit Pitra. — 7 ut] quod *p*; — 8 an adducit?; non post se add. *p*; — et ferr.] aut ferr. *p*; — 9 sic coni. Ring. quidem] quid *p*; perficit coni. Ring, deleto commate post iustum. — 11. 12 Lyngurium ego (cfr. λιγγούριον et λυγγούριον et lyncurium ap. Marb.) lyngurus *p*, lynguro *c*; — 14 et ante morbo om. *p*; — 15 et 16 daphnea ego ex Plinio XXXVII 157 daphnius *p*, daphnich (in v. 15), et danich (v. 16) *c*; — 16 limph. *c*.

XXXIII. Lapis Charcedonius.

Charcedonius lapis pertusus et obtectus ferro; qui eum portat, vincit causam.

XXXIV. Lapis Galactites.

Galactites lapis: hunc quidam vocant Anachiten, alteri autem Leucographiten; alii Aegyptii Smaragdum, alii Galbatiten. Dicunt magi et Aegyptii Syneciten, continet enim in se omnia, quae destinaveris solus omnium lapidum. Sed Ostanes, magister magorum omnium, appellavit eum super omnia vocabula Lethargum, quasi omnium oblivionem malorum, facit enim et utilium negotiorum. Laudavit eum tamquam nullus alius tantas vires habet. Non enim ex auditu

1 et 2 charcedonio *c*; — 2 abtactus *C*; — 4 Galaciten *c*, Galacites Pitra, qui addit »fort. Galactites«; id recepi; — 5 Ex Damigerone graeco hausta esse putat Rose l. l. p. 480 quae apud Psellum *περὶ λίθων δυνάμεων* leguntur pag. 12 ed. Bernard.: *ὁ γαλακτίτης ἀπορρήτῳ βρύει γάλακτι, ἔνθεν γὰρ αὐτῷ καὶ τοὔνομα· κατασπᾷ δὲ γάλα ταῖς γυναιξί· λήθην δὲ ἐργάζεται καὶ μνήμην τῶν κακῶν·* [*τῶν καλῶν* coni. Bernard.] *ἀντίθετος γάρ* [*δὲ* coni. Bernard.] *ἐστι καὶ θηρίων πληγαῖς περιαπτὸς γεγονώς.* — 5 Galactites ego, Galaciten *c*, Galactites lapis om. *p*; quidem *p*. — Cfr. Plin. XXXVII 59, 162: »eandem leucogaeam et leucographitim appellant et synnephitim«, ubi ex antiquissimo codice Bambergensi ut reponatur synechitim, suadet Damigeronis nostri syneciten. Pro smaragdum autem (v. 6) reponendum mihi videtur moroxum vel morochthum, cfr. Aetium II 16 *λευκογραφὶς ἢ μόροξος* et Plinium XXXVII 63, 173 Morochthos colore porracea lacte sudat. — 7. 8 »continet enim in se somnia quad (= quaad = quoad, cfr. Jordan, Beiträge zur Geschichte der lat. Sprache p. 347) estimaveris solus omnium lapidum« coni. Ring, vix recte. Dicebatur enim lapis *συνεχίτης*, quia continet (*συνέχει*) in se omnia etc., quare punctum post Syneciten in comma mutavi. — 8 destin.] conicio desideraveris; — Ostanes ego ex Tatio et Tertulliano, Ostanen *c*, Ostane *p*; — 10 lethargum ego, lytargum *c*, lithargum *p*; — 12 enim] etiam Pitra, qui praeterea facilitatem pro facit enim et coni., sed recte, ut videtur, Ring comma non post malorum sed post facit ponendum esse putat, sequens enim pro immo etiam dictum esse ratus. — 12 h̄t *c*, haberet *p*; — 12 ex auditum *c*; sed post magi add. *p*.

magi, ex scriptura mirati sunt et experti omni magica actione. Solum hunc lapidem efficacissimum omnium repertum et potentissimum extremis laudibus decoraverunt. Et ipse memoratus Galactites dicitur eo quod mulieribus lacte deficientibus facit abundare. Facies autem sic: iubetur mulieri ieiunare; deinde contritum lapidem dabis sibi cum mulsa, vel passo, vel aqua, et bibat sufficienter, et continuo habebit plurimum et optimum lac. Et si non voluerit bibere, accipe lanam ovis gravidae et facta acia pertunde lapidem, et ligabis circa collum eius, et sic fluit lac. Si oves deficiunt lacte, ut excutias lac, sic ages: lavata ovilia circumaspergis sale oriente sole. Habeas antea contritum lapidem tenuiter cum aqua, unde ovilia circumasperseris, et videbis eas abundare plurimo lacte. Et si scabie laborantibus hoc feceris, sanabis eas et fecundiores habebis. Lethargum vero dicitur propter hanc causam, quia praecedentia mala in oblivionem ducunt homines. Nam quicumque eum consecratum portat et, ut infra scriptum est, etiam offenderat regem, vel potentem, aut praepositum, aut parentem, aut dominum, in oblivionem

3 extr.] externe *C*; — 4 Galactites ego, Galaciten *cp*; dicit *p*; — habundare *c*; — 6 sibi] illi *p*. — Sequentia ex Aetio (II 17) qui ex graeco Damigerone hausisse videtur, illustrat Rose l. l. p. 484. 485: *Γαλακτίτης· καὶ οὗτος παραπλησίον τῷ προειρημένῳ χροιὰν ἔχων ὑπόχλωρον, γαλακτώδη χυλὸν ἀνίησι. ἔστι δὲ σκληρότερος τῆς λευκογραφίδος κατὰ τὸ εἶδος, πολυγάλους* [sic?] *δὲ ποιεῖ τὰς γυναῖκας, ἐὰν λουσάμεναι πίνωσιν ἢ μεθ' ὕδατος ἢ μετὰ γλυκέος οἴνου τετριμμένον τὸν λίθον. μίγνυται δὲ καὶ ταῖς ὀφθαλμικαῖς δυνάμεσι. φασὶ δὲ αὐτὸν περιαπτόμενον τῷ τραχήλῳ ὀδοντιώντων βρεφῶν ὀδόντων ἀταλαίπωρον ἔκφυσιν παρασκευάζειν.* — 9 acia *c*, hic et infra p. 190, 12, ubi immutatum reliquit Pitra, cum nostro loco acie edidisset, nescio quo sensu. cfr. Marb.: »Hunc ovis ex gravidae lana traducere filo Pertuso lapidem decet et circundare collo«. — 11 excutiats *c*; — 11 circumaspargis *c*; oriente sole *p*; — 13 circumasparseris *c*; habundare *c*; — 15 lethargum ego, lytargum *c*, lithargum *p*; — 16 quia] quod *p*; — 16 ducit hominis perbene coni. Pitra, ducit homines coni. Ring, qui praecedentia mala vel nominativum (accusativum) absolutum vel accusativum a vocabulo oblivio pendentem (cfr. antiquum illud: »quid tibi hanc tactiost?«) esse putat. — 18 offenderat ego, ōndēat (sic) *c*, offendat *p*.

eum adducit. Omnino autem auctorem gratiosum facit semper et peritum et facundum et efficacem et impetratorem et persuadentem omnibus hominibus et deo placabilem, et sacrificia quae fiunt deo gestatus excellenter apta sunt: propitiat enim viribus suis deo et benevolenter omnibus facit. Amplius etiam adversus invidiam et fascinum resistit; qui eum portat, numquam fascinabitur. Sed infantibus pueris aptus congruit, et non permittit eos macerari, si quando intimidaverit eos horrida mulier. Nam sicut non aliud tutamentum resistit. Idem dolorem liberat dentium laborantium circumligatus. Praeterea laetos et validos eos constituit. Quod si mulieri difficulter parienti acia facta de lana ovis fecundae, ligaveris circa dextrum femur, continenter pariet sine dolore. Nam oblivionem praebet omnium dolorum: ita resistit. Craterites autem dicitur, quoniam tenax est. Nam fortitudine et potentia in iudiciis et causis litigatores vincere facit: tantam magnitudinem habet iste lapis, et ne mireris, quod tanta nomina habet iste lapis.

XXXV. Lapis Berillus.

Berillus lapis: hic magnus lapis est; est lucidus, subserenus, clarus, similis oleo Apollinis. Sculpis in eo locu-

1 adducit ego, adduxit *cp* probante Ringio; omnino ego, omnum *c*, omni *p*; — 4 [quum] gestatur pro gestatus *p*, gratiis coni. Ring; propiciat *c*; — 5 benevolut̄ *c*, an benevolentiam scribendum? »benevolutum« dubitanter coni. Ring; — 6 facinum *c*; — 8 permictit *c*; — 9 orrida *c*; — 10 idest *c*; — 16 fortitudinem *c*; potentiam *c*; ligatores *c*; — 18 mirereris *c*; — 19 De berillo cfr. Vincent. Bellov. l. l. cap. XLVII: »Dyascorides. Berillus lapis lucidus est et clarus: oleo similis. sculpitur locusta marina ac sub geminis pedibus eius cornuta: ac sub gemma ponitur herba senina modico auro inclusa: gestata amorem coniugii facit. Aqua in qua missa est pota ad oculorum vicia valet et ad omnem valetudinem.« — 19 et 20 berillo *c*; — 20 Berillus lapis om. *p*; — 20. 21 subserinus *c*; — 21 cfr. alteram codicis 8454 versionem: »Sculpatur in eo locusta marina et sub eo cornicula, et sub genibus ponatur et habeat modicum aurum inclusum«. — Apollinis quod non habet Diasc. ex male iterato similis ortum esse videtur.

stam marinam et sub pedibus eius corniculam, et sub gemma ponis herbam sabinam, modico auro inclusam. Consecratus, gestatus, amorem coniungit et maiorem omnium facit. Praeterea facit hic lapis ad oculorum vitia et ad omnem valitudinem, si eum in aquam miseris et ipsam potui dederis. Ructatus simul et suspiria et hepatis dolorem tollit.

XXXVI. Lapis Selenitis.

Selenitis lapis similis iaspidi notus. Fortis et gravis, lucidus, mirabilis, sanctus lapis. Simul enim cum luna crescit et decrescit splendor illius. Ad multa vero utilis est. Facit ad amorem et causas. Facit et phtisicis languentibus alligatus luna crescente; vel cum ad contraria minuente luna gestatus mire facit.

XXXVII. Lapis Panchrodes.

Panchrodes lapis habet colorem omnem, purpureum, rubeum, nigrum, pallidum, roseum, viridem, omnes colores diversos. Habens eum mane, viridis bonus est. Facit autem ad victoriam: est enim invictus et sacer, id est sanctus.

1 corniclam *c*, probante Ringio; — 2 savinam *c*, senina Diasc.; modico ego cum Diasc., modicum *cp*; consecratum *c*; — 3 coniungit et] fort. coniugii scribendum ex Diasc.; — 4 vicia *c*; — 6 Ructatus simul et suspiria ego ex Marb.: »Potaque ructatus simul et suspiria tollit Et cunctos hepatis fertur curare dolores«, rupto spiritu et suspirii *c*, rupto spirito suspirii *p*; et ante susp. om. *p*; epatis *c*; — 8 yaspidi *c*; — 9 simul, ut olim conieceram, *c*, similiter Pitra, qui ex *C* compendiis male intellectis similis affert; — 11 tysicis *c*; — 12 quum *p*; an etiam pro cum? — 14. 15 Panchrodes ego, ut sit altera vocabuli πάγχρους forma. Et est Panchrus apud Plinium XXXVII, 178; Pantherus apud Marb. corrupte, Panchrodo *c*, Panchrodus *p*; — 17 viridis dubitanter ego, ut sit: »optimas vires autem habet Panchrodes viridis, praesertim vero mane«, ŭide *c*, deinde *p*, »Habens Eum mane (= quand il y a aurore) valide bonus est« coni. Ring, qui lapidem plurimorum colorum aurora, et ipsa varii coloris, apparente validissimum creditum esse vult; — bonum *c*; — 18 id est sanctus fort. delendum;

Sculpis in eo Latonam et Hippocraten et a retro acceptores tres; contra omnes magicas artes auxiliatur.

XXXVIII. Lapis Collurus.

Collurus lapis: hic similis est sapphiro; subalbidum habet colorem marinum. Aptus ad interpellationem regum et potentium. Uteris circa collum pertusum.

XXXIX. Lapis Trisutes.

Trisutes lapis similis est arcui caeli: hic fortis, gravis, habens in medio apicem tamquam albam tiaram. Hic magnus gestatus, impetratorius, facit ad causam sine iure datam.

XL. Lapis Melas.

Melas lapis habet in se stellas modicas. Dicitur etiam Syrtis. Causam dicenti benedictionem et impetrationem et victoriam facit, et ad omnem inquietudinem inimici, quarum et damnorum, et maleficiorum et magicas inquinationes et potionum et precum maiorum incantationem, et odium, et caetera mala ex corpore expellit. Est autem lapis consecratus. Minorante luna septima decima usque ad tricesimam uteris; crescente vero usque ad quintam decimam non uteris.

in eo] eius super *c*, an insuper scribendum?; Latonar *C*; Hippocraten ego, Ypocraten *c*, Hippocratem *p*; acceptores (sic) *c*, quod pro accipitres dictum esse vult Pitra.

3 et 4 Colluro *C*; an colurus scripsit? — 4 hic om. *p*; saphyro *c*; — 6 pertuso *p*; — 7. An Trichrus vel Tephritis? vel quod mihi maxime arridet triglites ex Psello *περὶ λίθ. δυνάμ.* p. 3 ed. Bernard.: *ἵνα τὰς ἀγνώστους ἡμῖν λίθους ἐάσω ..... τόν τε τριγλίτην καὶ τὸν τριόφθαλμον.α*? — 8 caeli ego, celi *c*, coeli *p*; — 9 albam tiaram Ring, alvam et nigram *c*, album et nigrum *p*; — 10 magnus] an manu? testatus *c*; imperatorius *p*; — 12 Lapis Melas *p*; etiam] enim *c*; — 14 querellarum pro quarum coni. Ring. Equidem malim puncto post inimici posito, quorum (scil. inimicorum) et daemonum vel daemoniorum pro dampnorum scribere; — dampnorum *c*; — 15 et ante mag. om. *p*; inquinaciones *c*; — 19 quintam ego, quinta *c*, quartam *p*.

XLI. Lapis Gagatromanes.

Similis est colori capri, id est capriolae agrestis. Si quis hunc lapidem usus fuerit, utilis est. In historiis autem et ad inimicos, qui eum habuerit, fortis est. Hunc enim lapidem Hercules usus est, et cum eum deposuisset, victus est.

XLII. Lapis Phoenicites.

Similis phoenicio balano [id est dattilo]; subrubeus vero vel sanguineus, mirabilis lapis. In manu sinistra gestatus ad tristitiam et causas et actionem utilis est.

XLIII. Lapis Lyncis.

Secas in duas partes .... in mel et lac, deinde tollis et includis in annulo, et sic portabis, et ubicumque cum ipso ieris, cum gaudio et hilaritate quod volueris habebis.

XLIV. Lapis Narcissites.

Est viridis modice Martis signum habens. Hic tritus odorem habet Narcissi herbae, floris magnifici. Hunc lapidem qui usus fuerit, omnia vincit.

XLV. Lapis Steatites.

Similis est adipibus leonis. Hic lucidior est colore leonis. Victor est enim, quicumque eum in sinistro brachio usus fuerit.

1 gagatromeo *c*; — 2 caprii *c*; agresti *c*; — 3 historiis *cp*, an inquisitionibus? sed eodem fere sensu apud Commodianum carm. apol. v. 155 historiam dici monet Ring. — 4 habuerint *p*; — 5 quum *p*; eum om. *p*; — 6 feniciten *c*; — 7 fenico *c*; glossema: id est dattilo expulsum est a Pitra. — 10 lincis *c*; — 11 lacunae signa ego posui; — 12 anulo *c*; — 13 quod] quaecumque *p*; — 14 narcissite *c*; — 16 magnificus *c*; — 18 steatiten *c*; — 20 enim] autem? — bracchio *c*.

XLVI. Lapis Camptine.

Hic ad impetrationem facit ad deum et ad homines et corpus hilare facit, et timorem maiorum seu furias compescit, et commendationes facit. Hydropicos curat in sinistro brachio alligatus. Hunc autem de quavis consecratione consecras.

XLVII. Lapis Chrysolithus.

Est spissus, lucidus, similis auro. Hic applicatus ad rasuram auri, levatus phylacterium est ad nocturnos timores. Pertusus et transiectus cum setis asininis et alligatus in sinistro brachio, omnia daemonia vincit.

XLVIII. Lapis Chrysolithus alter.

Chrysolithus lapis: Est enim super ipsos quasi turturis oculus. Est autem et cupidinis et amoris et iustitiae adiutor. Facit autem et bene susceptum et eloquentem et gratiosum et amabilem esse et amicabilem ab his qui eum vident. Omnem ingressum aperit; facit etiam ad indignationem oculorum.

1 Camptinem eundem esse credo atque Arnoldi Saxonis Kabraten: (§ 48 de virtutibus lapidum ed. Rosé): »Kabrates lapis est similis cristallo, eloquentiam dat et honorem et gratiam, defendit a noxiis et ydropisim curat.« — 2 corpus hilarem *C*; cor hilare *p*; — 4 hydr. — allig. in marg. habet *c*; — 6 Chrysolithus ego (Crisolitus Arn.) Crysolithieo *c*, chrysolitheos *p*; — 8 phylacterium est ego, philaterii tutamentum est *c* ex manifesta interpretatione, — phylacterii tutamentum est *p*. Quod ego conieci, legisse videtur Marb.: Esse phylacterium fixus perhibetur in auro, contra nocturnos fortis tutela timores«. — 9 asininis scripsi ex Ringii emendatione, cum ego aselli vel asini recipere voluissem ex Marb.: »Pertusus setis si traiiciatur aselli«, aseminis *cp*, in acus foramine coni. Pitra. — 10 bracchio *c*; — 11 Chrysolithus ego, Chrysolitheo *c*, Chrysolitheos *p*; — 12 Chrysolithus ego, crisoliteo *c*, chrys. lap. om. *p*; — 12 subrussus pro super ipsos sine dubio corrupto coni. Ring; mihi locus lacunosus esse videtur; — quasi] quam (?) *c*; oculo *C*; — 14 et] ad *C*; susceptos *C*; eloquentes *c*; — 16 indignationem ex medicorum usu probat Ring, an indebilitationem scribendum?

XLIX. Lapis Apocheamus.

Apocheamus lapis maior est quam capri oculus, habens in se . . . . oblongum, album, non valde subcanum. Gestatus in manu sinistra facit ad viles iniurias.

L. Lapis Sardius.

Huius color apparet levis, sive maculosus; bonus portatus a mulieribus, amabilis est. Sculpis in eum vineam et hederam involutam.

1. 2 Apocheamus ego, Apocheamos *cp*; hic lapis aliunde nondum innotuit; — 2 caprii *c*; lacunam, cuius nullum in *C* vestigium, vocabulo apicem explevit Pitra; fort. recte. — 5 Sardius ego, quod vulgatum est huius lapidis nomen, — sardo *cp*.

Addenda et Corrigenda.

p. 4, 7 i. Exegesi

p. 5, 1 s. accuratissime

p. 6 codicem A olim Federici Borrhomaei Cardinalis fuisse certiorem me fecit Richardus Foerster, cuius humanitati maximam horum addendorum partem debeo.

p. 7 De Demetrio Moschi nonnulla habet Sathas *νεοελληνικὴ φιλολογία* p. 130, 131. — *Δημητρίου Μόσχου τοῦ Λάκωνος τὸ καθ' Ἑλένην καὶ Ἀλέξανδρον* in codice Vaticano graeco nr. 1403 (fol. 3) legimus Foerster et ego.

p. 8 Codex M olim Federici Borrhomaei Cardinalis fuit.

p. 9, 4 i. hinc

p. 11, 20 s. imitatus

p. 11 Perdrierii editionem et versionem a. 1612 Forolivii publici iuris factam Ravennae vidit Foerster.

p. 13, 7 i. iubebat

p. 17, 79 *ἀλλά*
90 *Ἠέλιον*

p. 18, 100 *ἔσπεσθαι* habent codd. et edd.

p. 19, 130 *ἄρ'*

p. 20, 160 *τερπωλή, χλοερόν τε*
177 *μάθῃς* dubitanter coniecit Foerster.

p. 22, 253 *ἔῃς* dubitanter coni. Foerster.

p. 24, 295 *ἔθειραι,*
300 *ἐσθλώ φημι*

p. 31. 532 *φλοιός θ'*

p. 38, 764 scribendum est *κεχολωμένος*.

p. 39 Moschi Scholion ad v. 1 ex M Foerster descripsit hoc: *ὁ τῆς Μαίας υἱὸς ἦλθε κομίζων δῶρον τοῦ τὰ κακὰ ἀποτρέποντος Διὸς προστάσσων μοι τοῦτο δοῦναι τοῖς θνητοῖς. ἐριούνιον δὲ τὸν Ἑρμῆ εἶπεν ὡς μεγάλα ὠφελεῖν δυνάμενον. καὶ ἔστι σύνθετον ἐκ τοῦ ἔρι ἐπιτατικοῦ μορίου καὶ τοῦ ὄνομα* (vel *ὀνίνημι*?) *τὸ* (?) *ὠφελῶ.* In Scholio quod ibidem ex PV edidi, *βοήθειαν ἐν τοῖς* recte habet V.

p. 40 ad v. 14 *ὄχ* (x supra) (corr. m. 1) ex V notavit Foerster.

p. 41, 1 i. *ἐπὶ πόα* ex V notavit Foerster.

p. 45, 9 s. idem ac minime significare

p. 48, 3 i. probatus

p. 49, 8 i. ἑταῖρε

p. 50, 8 apud Pausaniam ὀρεῖται futurum esse (cfr. κῦδος ἔσσεται) annotat Foerster.

p. 51, 6 s. ἀλάλησθαι

15 s. Lehrs

20, 21 s. πέλας

9. 8 i. τούτεστιν ex V notavit G. Kinkel, qui V libri scholia in Foersteri Orphica edituri usum contulit, cuius collationem benigne mecum communicavit Foerster.

p. 53, 15 s. p. 36

p. 54, 8 s. εἴπερ ἰf et

p. 56, 12 i. Diar. litter.

p. 56, 25 s. αἶα A, ita ut et accentus acutus et circumflexus et spiritus ι litterae superimpositi sint.

p. 58, 8 i. omnes.

p. 60, 23 s. τοῦτο pro τούτῳ V.

p. 61, 15 s. φέρει τὸ V. (οι supra φέρει)

14 i. αὐτοῦ pro αὐτὸν V.

p. 65, 18 s. Tyrwh.

p. 66, 15 s. τὸν monos.

p. 69, 1 s. probatus

p. 73, 12 Tzetzae scholion ex Bachmanni editione (p. 839, 30) descripsit Foerster: περὶ τοῦ σιδηρίτου τούτου λί[θου τοῦ καὶ] ὀρείτου φησὶν ὁ Ὀρφεὺς ἐν τ[οῖς λιθικοῖς] ὡς εἴ τις ἐπὶ δέκα ἡμέρ[ας γυναι]κῶν συνουσίας ἁγνεύσειε [καὶ κοινῶν] λοετρῶν, ἔτι δέ καὶ ἄ[γευστος] διαμείνειεν ἐμψύχου τρ[οφῆς] λούοι δὲ τὸν λίθον τοῦτο[ν καθαρῷ] καὶ ἀπορρύτῳ πηγῇ κ[αὶ καλύ]πτοι καθαροῖς σπαργά[νοις ὥσ]περ παιδίον, καὶ ἐπευχ[όμενος] ἐν καθαρῷ κελλίῳ τινὶ ἀ[νάπτοι] κηροὺς ἢ λυχνίας, μετ' ἔ[πειτα] ἐρωτήσας, μάθοι παρ' α[ὐτοῦ] ἀνθρωπίνῃ φωνῇ λέγοντος νεογ[ιλοῦ] παιδαρίου, περὶ ὧν ἀ[κούειν θέλοι] πλὴν, φησίν, ὡς ἐάν τις δει[λιῶν ἀπορ]ρίψῃ αὐτόν, μεγάλης [παρὰ θεῶν] ἐπιτεύξεται βλάβης· [εἰ δὲ γεν]ναίως καὶ τληκαρδίως τις αὐτοῦ κατακούσειε, λήγοντος ἤδη τοῦ λέγειν προσπελάσας αὐτὸν τοῖς ὀφθαλμοῖς ἴδοι ἂν ὥσπερ ἀπονεκρούμενον.

p. 74, 13 καθαροῖς in textum recipiendum esse videtur, cum non solum Tzetzes, verum etiam Epitomator (p. 146, 9, 10 ed. meae) καθαροῖς pro μαλακοῖς legisse videatur.

p. 75, 21 ff. scholion a Bachmanno restitutum supra edidi.

p. 79, 14 i. casui

p. 82, 19 s. marg., λήσεται

p. 87, 10 ὑπ' αἴθρην codd. et edd.

p. 99, 2 i. ἐρίσειεν

p. 108, 2 *τόν περ ἔχοντες* etiam in V scriptum esse me certiorem reddidit Ioannes Veludo Bibliothecae Marcianae praefectus illustrissimus.

p. 119, 2 l. *ἴοις*

p. 146, 6 coniicio *δια μέσου*, cfr. v. 19.

24 *κατὰ μέσον* coniecit Foerster.

p. 147, 10 *γυναικῶν* vel *γυναικείας* coni. Foerster.

p. 148, 20 *πολέμων* recte coni. Foerster.

p. 150, 7. 8 *ἀρούρας* coni. Foerster.

p. 161, 7 allophilis *cp*, correxi.

9 coniicio: conflagretur.

p. 166, 5 l. Ianio.

p. 170, 3 s. resistit enim coni. Foerster.

p. 172, 10 coniicio: et sanabitur, cfr. p. 175, 2.

p. 173, 10 coniicio: ictus, cfr. v. 13 et p. 170, 2.

p. 176, 12, coniicio: repellit

22 coniicio: ex altero vero acutus.

p. 178, 4, 5 pro subtus fundo videtur legendum subtus fundum, cfr. p. 185, 20 subtus caput.

p. 191, 11 corrige phthisicis.

Berolini. — Typis Draegerianis (C. Feichtii).

Longini quae supersunt graece aucta et emendata Ruhnkenii dissertationem de vita et scriptis Longini, notulas, indices, alia additamenta disposuit et concinnavit A. E. Egger. Adjecta est appendix excerpta e Longini rhetoricis hactenus inedita continens . . . . 1 M. 50 Pf.

Manaraki, A., Neugriechischer Parnass oder Sammlung der ausgezeichneteren Werke der neueren Dichter Griechenlands. 6 Hefte . . . . 6 M.

Nicolai, A., über Entstehung und Wesen des griechischen Romans. Neue Auflage. geh. . . . . 1 M. 60 Pf.

Phaedri Epicurei de natura deorum fragmentum edidit, illustravit Ch. Petersen. 4. . . . . 1 M. 20 Pf.

Philostrati, Flavii, de arte gymnastica libellus. Recognovit, latine reddidit, illustravit C. H. Volckmar . . . . 2 M.

Planudes, Maximus, traduction grecque (en vers) de la consolation de la philosophie de Boëce, publiée pour la première fois dans son entrée par E. A. Bétant. Lex. 8. eleg. geh. 4 M.

Plotini de virtutibus et adversus gnosticos libellos specimen editionis novae opp. Plotinianorum ed. A. Kirchhoff. . 2 M.

Rangabé, A. R., précis d'une histoire de la littérature néo-hellénique. 2 Bde. eleg. geh. . . . . 8 M.

Scholiorum Theocriteorum pars inedita quam ad codicis Genevensis fidem edidit J. Adert. eleg. geh. . . . 1 M. 50 Pf.

Strehlke, W., de commentario anonymo in Aristotelis librum de anima libros conscripto. eleg. geh. . . . . 1 M. 50 Pf.

Theognidis Megarensis reliquiae. In novum ordinem disposuit, commentationem criticam ed notas adjecit F. Th. Welcker. cart. 4 M.

Treu, M., der sogenannte Lampriascatalog der Plutarchschriften. 4. eleg. geh. . . . . 1 M. 20 Pf.

Veterum de elementis placita exhibuit J. G. H. Swellengrebel. Lex. 8. eleg. geh. 3 M.

Druck von J. Dräger's Buchdruckerei (C. Feicht) in Berlin.

